


Ad quartum sic ꝓceditur. Videtur .n. ꝙ papa possit absoluere habentē rem alienam post annos p̄scriptionis absꝫ eo ꝙ ipam restituat. Dicit enim Augustinus ad Macedonium. Certe alienum non ē quod iure possidetur quia quod iure habeẗ iure possidetur ⁊ quod iuste bene: ⁊ quod bene alienū iam non est. sed res prescripta iure possidetur. non est ergo restituenda.

Preterea. xvj. q. iij. scribitur: Repeti non possunt que. xxx. annis quiete possidentur. sed quod repeti non potest: homo non teneẗ restituere. ergo.

Preterea. quod possidetur auctoritate illi⁹ qui est dominus rei iuste possidetur. Sed scribitur. C. de p̄scri. ꝙ princeps romanus omniū dominium habet quo ad ꝓprietatem cum res p̄scripta auctoritate principis teneaẗ. videẗ ꝙ res p̄scripta non sit restituenda

Preterea. Res non ē restituenda nisi illi cui competit repetitio ⁊ actio in foro iudiciali. sed scribitur extra de prescrip. c. Ad aures nostras fraternitati tue innotescat: ꝙ de iure melior est conditio possidentis: quia quadragenalis prescriptio omnem ꝓrsus actionem excludit.

Preterea. in re illa quam homo iuste amittit non competit ei repetitio: ⁊ homo retinens illam iuste retinet. sed si homo p totum temp⁹ p̄scriptiōnis sit negligens in repetendo rē suaꝫ iuste elapso tempore p̄scriptionis. p̄uaẗ in repetitione vt amplius non sit sua. sed transeat in dominium alterius. res ergo legitime p̄scripta non est restituenda.

In contrarium est: quia omnis retentio rei aliene ꝓhibetur nomine furti. sed preceptū de furto. Exodi. xx. cuꝫ sit negatiuum obligat semper ⁊ ad semper. Ergo nulla temporis antiquitas quacunqꝫ prescriptione talem ꝓhibitioneꝫ pōt tollere.

R. Dicendum: ꝙ aliqui simpliciter dicūt p rōnes superius assignatas rem legitime p̄scp̄tam ⁊ bona fide retentam vsqꝫ ad tempus prescriptionis non esse restituendam si infra tempus p̄scriptionis homo non habuit conscientiam de mala fide: puta ꝙ esset res aliena ⁊ iniusto titulo acquisita. Si vero post tempus p̄scriptionis innotescat sibi de mala fide ꝙ res fuerit aliena ⁊ iniusto titulo acquisita: dicūt ꝙ non debet sibi inde formare conscientiaꝫ vt teneatur ipam restituere quia res illa iam facta ē sua ⁊ iam transiuit in dominiū eius elapso tēpore p̄scriptionis auctoritate principis: legem p̄scriptionis facientis. Sed opinio contraria mihi ꝓbabilior videẗ ponens ꝙ omni tempore audiendus est homo super repetitionem rei sue. Mouent autem me ad hoc specialiẗ tria.

Primo auctoritas diuina. Nam p̄ceptum de non furari sub quo vt dictum est continetur omnis acceptio ⁊ retentio rei aliene cum sit negatiuum ad semper ratione qua negatiuum: ⁊ ꝓ semper ratione qua preceptum. Unde cum tale p̄ceptum sit de iure nature ⁊ de iure diuino, nulla lege humana potest tolli. Planum est autem quod p̄scriptio lege humana posita est que licet ꝓ statu reipu. sit iusta ⁊ seruanda: in nullo tamen potest preiudicare legi naturali vel diuine

Secundo: auctoritas Aug. ad Macedonium vbi loquens de restitutione rei aliene sic dicit. Si diuersa de homine vt homines sentimus: in iusticia tamen simul sumus: quatinus si de re aliena diuersorum diuersa sit sententia nulli tamen placeat vt res non restituatur aliena nec in hoc nostras suspitiones quibus credibilibus rerum signis mouemur cognitiones certas estimare debemus cum credibilia nulla sint falsa sicut credibilia nulla vera.

Tertio auctoritas diuina. Sic enim scribitur extra de p̄scrip. c. finali. Quoniam omne quod non est ex fide peccatum est: ideo synodali iudicio diffinimus vt nulla valeat absqꝫ bona fide p̄scriptio tam canonica ꝙ ciuilis cū generaliter sit omni constitutioni atqꝫ consuetudini derogandum que absqꝫ peccato mortali non potest obseruari. Unde oportet ꝙ qui prescribit vt in nulla temporis pte habeat ꝯscientiam rei aliene.

Ad p̄mum ergo est dicendum ꝙ illud quod possidetur iure diuino vel naturali iuste possidetur ⁊ bene. sed quod possidetur iure positiuo non sp iuste possidetur. Multa namqꝫ vt dicit Augustinus lex ciuilis concedit ⁊ multa puniēda impunita relinquit que p diuinam legē corriguntur. neqꝫ enim vt ait quia non omnia facitq̄ facienda sūt ideo q̄ facit improbāda sūt Planum est enim ꝙ Augustinus legem inculpatam dicit que concedit vt hominem volentē me occidere possim occidere: ⁊ tamen secūdum legem diuinam hanc humanam legem seruantes ipe inculpatos non habet sic lex que concedit p̄scriptionem iusta est secundum p̄ntem statum: secundum tamen legem diuinam seruantes legem p̄scriptionis inculpati esse nequeūt. Et ideo quocumqꝫ tempore homo habet conscientiam ꝙ res fuerit aliena: vel iniusto titulo acquisita: puto ꝙ secundum legeꝫ dei hō teneẗ ipam restituere.

Ad secundum est dicendum ꝙ in bonis ec

Perlustratio Sancti Bonauenture in Primum librum Sententiarum

Anno 1510

Johānes beken hub Moguntin⁹ euāgelice theologie sūmo doctori dn̄o Nicolao tinctoris de guntzenhusen imp̄ialis eccl'e bambergensis p̄dicatori salutē· Nup religiōis beati francisci p̄res deuotissimi flatu spūs sancti agitati ad capitularē cōuentū Nurnberge instituerūt (vt par erat) de p̄fundissimis ortodoxe fidei arcanis disputatoriā exercitatiōnē· ad quā venerāda peritoꝝ multitudo om̄i doctrinaꝝ gn̄e armata τ expedita velut ad litterariā militiā· τ olim ad feriaꝝ saturnaliū ferias disputatiōes cōuenit· i q̄ celebritas tua disputādi nacta cōgressū· rōnē argumentorū eo moderamie τ efficacia p̄ferebat· vt oēs auditores inestimabili nedū delectatōe· s3 τ admiratōe faceret affectos· Nō deerant alij q̄s ingenij vis maxia· τ i doctrinali bello robur inuictū ad p̄ticipāda sup̄mi p̄conia laudis celebritati tue cōciliauit· sola tn̄ celebritas tua· tū arguendi vi τ fortitudie· tū dicēdi copia τ maiestate p̄claꝝ triūphatoris nomē cōi oim voce est consecuta· Ego vero q̄ p̄uitatis mee officia· peritis oib⁹ (vt cunq3 potui) impendere semp̄ extiti studiosus· nefas existimaui si nullius numeris beniuolētia triumphū tuū ornarē vel recti⁹ honorarē· Ar metiēdo vires meas nihil inueni vel natura· vel arte· vel fortuna mihi cōcessum· qd̄ dignitati tue digne possem offerre· Uenit inter hec in mentē qd̄ adolescētulus in varrone legi· dantis animū nō munus eē pensandū· Uenit in mentē socratis humanitas· q̄ paup̄is discipuli sui eschinis paruū mun⁹ magna gratitudine dignū iudicauit· Jlle socrati seipsum muneris loco dedit· ego nō solū meip̄m· imo etiā disiectos ab inuicē libros duos· textū· s· sn̄iarū et scti bonauenture sup̄ eodē disputata τ interp̄tatiōem meo labore in vnū digestos· vigili emēdatos cura· τ idice ad oīa fere q̄ i eis tradūt̄ fabricata celebritati tue do· offero· τ dedico· Lua vero celebritas τ illi⁹ institutū τ h⁹ exēplū p̄cor velit cōplecti· τ me tibi datū i mācipiū· τ correcturā τ laborē h⁹ op̄is tibi cōsignatū nō aspneris· vt τ nois tui imortale dec⁹· ad extremas orbis terraꝝ natōnes· duce libroꝝ imp̄ssura ferat̄· τ int̄ triumphi tui ornamēta labor me⁹ nūeret̄· quē etsi alicubi erroris obūbret caligo· celebritatis tue splēdor illustret· Q̄uis em̄ totū (sit quātulūcūq3) qd̄ in heidelbergēsi academia octennali more spacio didici· totū qd̄ cōtinuata p̄cepi lectōe· totū qd̄ industrie mee natura p̄stitit ad hāc correcturā cōq̄sierim· expēderimq3· vereor tn̄ me in tā vasti maris tēpestatib⁹ oēs erroꝝ scopulos nō euasisse· in q̄ vel rari· vel nulli⁹ vnq3 vela sine rep̄hēsiōis turbine τ p̄iculo volauere· in q̄ sctūs Bonauētura colluctātib⁹ opinionū p̄cellis· ad eū plerūq3 portū applicuit· ad quē cōior opinantiū vent⁹ coegit· in q̄ gubernacula igenij sui mgr̄ libero correctori cōmittit· Honestatis igit̄ nō dedecoris· τ excusādi nō calūniādi vicē obtinebit· si ego τ togatā celebritatē tuā (cui nō min⁹ venerātiōis τ credulitatis d3 etas nr̄a q̄3 prisca pitagore palliato) τ oēs q̄ ordinatōis τ correcture mee sarcinā pōderant pios lectores· τ interp̄tes beniuolos nō maliuolos fore deposco· Precipue tn̄ oro in bonā p̄tē acceptū iri textū noue imp̄ssure instar antiq̄ nō eē distinctū· q2 pluris feci grauē Bonauēture auctē que mihi fuit distinguēdi rō τ exēplar q̄3 vsitatā huc usq3 p̄titiōe3· Nec p̄ mercede cōuicia mihi deberi cōsentiet in q̄onum principijs verboꝝ modica vel mutatio· vel ademptio· puta· vbi exēplaria scp̄ta sonāt· circa p̄mū sic p̄ceditur τ q̄rit̄· τ deinde· Scd̄o q̄rit̄· Tertio q̄rit̄ τc· ego vicissim q̄onū capita sic istitui· Questio· i· Q̄o· ij· τc· nulla temeraria p̄sumptōe· s3 sola duct⁹ cōmoditate q̄ talit̄ τ indici τ imp̄ssiōi cōducere suggessit· que me etiā ab oīs iniurie nota tuebit̄· ne vel clarissimos autores offendisse· vel studiosis nō p̄fuisse· q̄spiā debeat suspicari· qd̄ meli⁹ cuiusuis studio q̄3 meo calamo spero cōprobādū· Uale theologoꝝ τ cleri bambergensis decus·

Johannis beken hub Moguntini in laudem vtriusq3 autoris carmen·

Quisquis eris diue qui maiestatis anhelas·
Abdita scrutari· siste perinde gradum·
Nam te nec plato nec arestotiles operosis·
Crede docet libris· que docet iste liber·
Nec tibi nasonis nec dulcis musa maronis·
Quāuis diua canat· non tamen illa canit·
Omnibus vna fuit pariter mens nosse quis eēt·
Qui celum· terram· fecerit atq3 fretum·
Ex qua materia qua forsitan arte laborant·
Scire· sed ingenijs obuiat error iners·
Plato dei vires· exemplar· materiamq3
Ponit· vt hijs exter orbis origo tribus·
Dat duo· materiā· speciem quibus omnia cōstēt·
Doctus arestotiles· que duo ternus agat·
Est aqua si recte taleti creditur vna·
Materies cunctis rebus in orbe simul
Rursus Anaxmenes contra dedit aera certum
Mundi principium· quod dedit alter aquas·
Res epicurus ebes vult nullas esse creatas
Ergo q̄ ex nihilo disputat esse nihil·
Corpora tum celi· tum terre· tum maris altū·
Carmine testatur Naso fuisse chaos·
Uirgilius vero propior diuinius orbem·
Patris opus summi comprobat esse dei·
Attamen ille ioui diuinos reddit honores·
Qui fuit ex hominis semie natus homo·
Sic rerū varios ortus statuere periti·
Quod magis erroris q̄3 rōnis hab3·
Non min⁹ erroris vulgus circa deitatis·
Naturam statuit religiōe sua·
Utra fuisse potest fictorum causa deorum·
Autoris vel honor vel benefacta rei·
Sic proculi suasu Rome deus vltro quirinus·
Ceperat· inde Nume mox dea vesta coli·
Sic ceteris donis aratro quia p̄parat agros·
Concremat egiptus thura sabea boui·
Sic quia dat lane· dat lactis commoda multa
Flectit oui supplex cum prece scytha genu·
Sic aqua sic ignis dij persis cōmemorantur·
Ergo q̄ hijs hominum cura frequenter eget·
Sic alijs alij simulacris templa dicarunt·
Alter adorauit· sculpserat alter opus·
Tot tulit errores τ veras intulit artes·
Mentibus humanis iam pia iuncta fides·
Jam pastore rudi· iam piscatore magistro·
Doctus eris felix ardua facta dei·
Jam bonauenture iam claro lumine Petri·
Lombardi cernes que latuere sophos·
Qualiter in trinis personis est deitatis·
Unica maiestas· que regit alta poli·
Qualiter ex nihilo mundi pulcerrima forma·
Sic actore deo patre creata fuit·
Qualiter humanam q̄3uis viciasset origo·
Induerit carnem filius ipse dei·
Qualiter ex hui⁹ manauit vulnere sanguis·
Mixtus aqua· cuius vi sacra nostra vigent·

Nec satis est supos lustrare sed intima terre.
Uiscera collustrant mors vbi iure tuo.
Digeris in cineres carnes ⁊ ossa sed ex his.
Post homo crede nouus fingitur arte dei.
Haud hebes. haud mac⁹. s3 prudēs. integer. omni.
Pulcrior effigie q3 fuit ortus homo.
Fit tunc perpetuus q̄ vixit fragilis ante.
Fit q3 tunc agilis. qui fuit ante grauis.
Fit sine peccato. prauaq3 libidine tutus.
Fit par angelicis illa propago choris.
Sic hominem nouiter reparatum scandere sursū
Regis ad etherei regna chorusca decet.
Est vbi leta quies ⁊ lux. ⁊ vita beata.
Elisijq3 loci gaudia cuncta simul.
Quo bonauentura. petrus lombardus vtriq3
Sublati capiunt premia digna sibi.
Quo tuba diuini verbi doctor nicolae.
Tinctoris tendas dum tuba diua strepit.
Quo libri impressor ffriburgi kilianus ipe.
Piscator tendat post sua fata precor.
Quo bonauenture me ducat dextra iohannem.
Beckenhub. Quo me iungito petre tibi.
Vos ego coniunxi disiunctos. vos mea cura.
Lustrauit vigili mente. labore manu.
Si tibi non feci satis o lector voluisse.
Sit satis ⁊ melius corrige. parce. vale.

Nicolaus tinctoris de guntzenhusen doctor theolige ꝑdicator imperialis ecclie Bambergēsis. Docto mgro Johanni beckenhub Moguntino. Salutē plurimā. Tātū me verbis tuis fecisti suauissime Johes. vt nō referre solū vicissitu/dinē gramq3 scriptis valeā (vt par i omnis eēt) s3 ēt admodū reformidē. ne pl⁹ eq̄ mihi tribuisse videaris. Quo fctm ē. vt ⁊ i gra/tijs agēdis tardior efficerer. ⁊ tibi plura q3 in me sūt scribēti. prsus nō assentiar. Cū ⁊ me ⁊ mea lōge minora cognoscā. Noui eq de q3 sit mihi curta suppellex. noui q3 sit amor iniqu⁹ arbiter. ex q̄ noui tandē virorum optime atq3 doctissime q3tū ad te diligar ⁊ amer. Qui labores. studia. lucubratiōes tuas. imo ⁊ limā ingeniose tue correctois acutissimā ⁊ politissimā paruifacis. vt nois mei dec⁹ (qd censeo q3 exiguū) cū nro Lombardo ⁊ Bonauentura. ad extremas efferres orbis natōnes. Pro q̄ tibi nō solū ego sed ⁊ tota theologorum caterua vna cū lombardo grās habeat. Is. n. iā dudū nud⁹ ab vtero mris parisieñ. vniuersitatis exiēs crā/guis. nebulis multis stipat⁹ in tenebris ignorātie latuit. Quē tu illo tā apto tpe. decoro lumie bonauenture decorasti ac vestisti Et quasi clateritio marmoreū (vt cesare dicere solit⁹ est.) effecisti. Nec tibi o bonauentura minoris honor est q̄ officioso coniu/gio tibi sociauit Petrū lombardū Johes beckenhub. q3 q nup (Sixto qrto pontifice maxio ꝑsidente) cathologo sanctorū es as/scriptus. vt simul ꝑ ora. ꝑ pulpita. ꝑ bibliothecas. ꝑ librarias. per aulas oim doctorum orbis. tā venuste ꝑgrediamini ⁊ sine ve/recūdia. Laudet esculapius ypocratē chorum medicine sue recuperatorē. phisistratū homer⁹. tucca ⁊ varronē virgilius honestet Mecenā moyses. qui totā legē tepore malicia dirutā i vnū op⁹ collegit. Justinianū romani. q̄ mādauit tribuniano. theophilo ⁊ dorotheo questoribus sacri pallacij vt romanarum legum q pādecte dicebant supflua rescinderent adunarēt dissuta. crudaq3 dige/sta efficerēt. Te laudent mi Joh. Petr⁹ lombard⁹ q̄ tā pulcra a te circūdat⁹ veste in oēs ꝑgredies natōes. nulli⁹ formidabit as/pectū. Contineat se in rupe sua ꝑmenides cū dyalectica. thisias cū rethorica. Ptram⁹ cū musica. Atlas cum siderū cursu. Lō/bardus cū bonauentura coronat⁹ a nro Jo. beckenhub. nitide. tersē ⁊ polite limat⁹ in publicū ꝑgredit. ita vt nulli⁹ formidet a/spectū. sed omnē laudē supgrediat. Subuerior tñ mi Joh. ne quisq3 forte inuidie tumulis agitat⁹ sit tam iniqu⁹ veritatis hostis vt me adulandi cā aut ostentādi ingenij tanta de bonauenture laudibus dixisse moliat. Nō ostento eloquētiā quā nunq3 ꝓfessus sum. vtinā in me eēt. Ex animi snīa loquor. vtinā in me tm̄ ingenij eēt vt minima ei⁹ laudē attingerē. Nō est ille sanct⁹ iterū meo ingenio laudand⁹. diues ingeniū ⁊ exquisitā expostulat mineruā. Percurre natōes. ꝑcurre latos parit ppl'os. reuolue etates. celū vel ipm suspice. vix plures in vllo dotes reperies. Parū est eum natū i balneo regio parētibus honestissimis pre Joh. fi/danza. matre vō ritella q̄ eū a cunabulis nō sine grādi miraculo ordini beatissimi pr̄is. francisci deuotū a mortis faucibus libe/rauit. Queris in viro corporis pulcritudinē. pulcerrim⁹ fuit Bonauentura. ita vt alexander doctor irrefragilis q̄ ꝓceptor frue/bat. inspecta corporis pulcritudine ⁊ morum elegantia dicere solit⁹ sit Adā nō videt peccasse in bonauentura. Dirigis enim diui/tias ditissim⁹ Bonauentura. Et h̄ nō tacebo q bonauenturā nīm sctūs Tho. aquinensis deuotiōis gratia visitans. inuenit eū scribentē legēdā scti francisci. ⁊ raptū extra se dixit. Sinam⁹ sanctū laborare ꝑ scto. Laudas beniuolentiā. ⁊ hic beniuolētis/simus dixit petr⁹ cardinalis eps hostiē. in ei⁹ orōne funebri q quicūq3 Bonauenturā videbat ipi⁹ amore capiebat eiusq3 pijssi/ma mādata obedient suscipere. Amas doctrinā. Pace oim loquor q̄ petrū explanarit nemo deuoti⁹. nemo subtili⁹. nemo vtili⁹ nemo mediocri⁹. in oim q̄stionū ꝓcella securi⁹ nauauerit. Testis sit mihi ille ipe doctissimus bonauentura. qui cū publica legē/darum sniarū ꝓuincia fungerer. in oim qōnū scrupulo tanq3 ad trāqllū portū ad ipm cōfugerim. Fortuna gaudes. vix fortunati/or vll⁹. Testis sit mihi dignitas generalat⁹ ordinis quē. xviij. ānis laudabilit rexit. Eps eboraceñ. quē a Clemēte papa libere oblatū liberi⁹ spreuit. Dignitas cardinalat⁹ in q̄ talit se gessit vt tante fidei apud eosdē cardinales esset q Clemente papa de/functo oim vota in eū cōpromitterēt si se vel aliu̅ ad papatū noiaret ipm eligerent. Ipse vero non se sed virum sctissimum Gregoriū decimū noiauit. O vbi nūc sunt tales viri. Quid de innumerabili⁹ virtutibus eius ⁊ scriptis recenseam. Loquunt mi/racula. approbat eū ecclesia sctā catholica. nō ad scripta eius q̄si qōnes vnq3 accessi. s3 reuera tanq3 ad orōnes et cōtēplatiōes. Nec miret aliq̄s tantā in eo glorā q̄ viuit iā in eterna glīa huius ergo cōiugio Petrū lombardū sociatū. iā diligentissime po/litū ⁊ emēdatū a nro Johanne beckenhub. vnacum elaboratissimo repertorio siue indice. o viri doctissimi legite diligite amate. Tu vō suauissime moguntine vale. Ex bamberga Anno a xp̄i natiuitate. M. cccc. lxxxiij. mensis Maij die scdo.

Sic bonauentura lombardum luce chorusca.
Illustrat sicut solis origo solum.
Moguntine facis sic diua coire fluenta.
Ut celeri Rheno mogunus ipse coit.
Ut vicium ferri lima purgatur acuta.
Sic calamo purgas tu viciosa libris.
Cum bonauentura. cum petro turba theosis.
Orata tibi pro te det pia vota deo.

Prologus

Celebratissimi patris domini bonauẽture or-
dinis minoꝝ· artis diuine summi discussoris: et
apostolice sedis epi Cardinalis prologus in p̃-
mum librum sententiarum·

Rofunda
fluuioꝝ scrutatus est ꝛ ab/
scōdita ꝓduxit in lucē· Uer
bū istō sumptū ex Job· xxv
iij· diligẽtius consideratum
apit nobis viam ad p̃cogno
scẽdum quadruplex genus
cause in lib· sniarū· s· mate/
rialis· formalis· efficiẽtis ꝛ
finalis· Causa nāq materi
alis innuit in noie fluuioꝝ
Causa formalis in perscrutatione profundoꝝ· Cau/
sa finalis in reuelatione absconditorum· Causa vero
efficiens intelligit in supposito duoꝝ verboꝝ· s· scru/
tatus est et produxit in lucem· Innuit em̄ causa mate/
rialis nomine fluuioꝝ pluraliter nō singulariter· vt nō
solū tangat libri totius materia vel subiectū in genera/
li· sed etiā ꝑticulariū libroꝝ in spāli· Propter qd̓ notā/
dū ꝙ iuxta quadruplicē ꝓprietatē fluuij materialis· qua
druplex est fluui⁹ spūalis· ꝺ̄ q̃ ẜm quadruplicē differē
tiā sunt quattuor li· sniarū· Considero nāq fluuiū ma
1 terialē quo ad duratiōez· ꝛ inuenio pennitatē· Nam sic
dicit Jsidor⁹· Fluuius ē pennis fluxus· Considero q̃/
tū ad extensionē· ꝛ inuenio spaciositatē· Jn hoc em̄ di/
stinguit fluuius a riuulo· Cōsidero q̃tū ad motū· ꝛ in/
uenio circulationē· Sicut em̄ ꝺ̄ Eccs· j· Ad locū vnde
exeūt fluuia reuertunt ꝛc̄· Considero effectū· ꝛ inuenio
emundationē· Nā fluui⁹ ꝓpter aq̃rū abundantiā mun
2 dat terras ꝑ q̃s currit· ita ꝙ nō inquinant· Et qm̄ oēs
transferentes ẜm aliquā silitudinē transferunt· ex hac
quadruplici cōditiōe· methaphora q̃druplex in spūali/
bus fluuijs inuenit· sicut colligere possum⁹ ex scriptu/
ris· Primo ꝓpt̓ pennitatē dicit fluui⁹ ꝑsonarū ema/
natio· qm̄ illa emanatio sola est sine p̃ncipio· sine fine·
De hoc fluuio Dañ· vij· Antiquus dierū sedit· ꝛ fluui⁹
igneus rapidusq egrediebatur a facie eius· Antiqu⁹
iste dierū· est pater eternus· cuius antiquitas est eter
nitas· Jste antiqu⁹ sedit· q̄ non solum est in eo eterni/
tas· sꝫ etiā imutabilitas· A facie illi⁹ antiq̃ egrediebat
fluui⁹ igne⁹ rapidusq· i· de sublimitate diuinitatis ei⁹
ꝓcedebat plenitudo amoris· ꝛ plenitudo ꝟtutis· Ple/
nitudo virtutis in filiū· iō fluui⁹ erat rapidus· Pleni/
tudo amoris in spm̄ scm̄· iō fluui⁹ erat igne⁹· Scd̓o
ꝓpter spaciositatē ꝺ̄ fluui⁹ reꝝ mūdanaꝝ ꝓductio· ob
quā cāz nō tm̄ fluui⁹ sed mare a ꝓpheta ꝺ̄ in p̃s iste mū
dus· Hoc mare magnū et spaciosuz ꝛc̄· De hoc fluuio
Ezech· xxix· Ecce ego ad te pharao rex egipti draco ma
gne q̃ cubas in medio fluminū· ꝛ dicis me⁹ est fluuius·
ꝛ ego feci memetipm̄· ponā frenū in maxillis tuis ꝛc̄·
Draco iste magnus quez dñs alloquit· ꝛ cui cōminat
in filia ꝛ ꝑsona pharaonis dyabol⁹ ē qui ē rex egypti q̃
interp̃tat tenebre qm̄ regnat i eis q̃s excecauit tenebris er
roris· vt puta sunt heretici· Ad quē etiā dicit· Me⁹ est
fluui⁹· ꝛ ego feci memetipm̄ q̃si ipe fecerit mundū istuz
et ipe nō habeat aliud p̃ncipiuz· Hūc errorē ipe dixit et
suggessit ipīs manicheis q̃ totā machinā visibilium a
deo malo eē cōditā cōtēdūt· hui⁹ dracōis maxillas dñs
infrenabit· qñ ablata sibi ptāte suggerēdi falsa· ondet
se eē hui⁹ fluuij cōditorē· vnde in eadē auctoritate seq̃t·
Sciēt oēs habitatores egipti qm̄ ego dñs· Tertio ꝓ
pter circulatiōez ꝺ̄ fluui⁹ filij dei incarnatio· Qm̄ sicut
in circulo vltimū cōiungit p̃ncipio· sic in incarnatione
sup̄mū cōiungit ymo· ꝛ primū postremo· vt fili⁹ dei eter
nus· hoi cōdito die sexta· De hꝰ fluuio Ecci· xxiiij· Ego
q̃si fluui⁹ dorix· ꝛ sic aqueduct⁹ exiui de paradiso· Do/
rix interp̃tat gñatiōis medicamentū· ꝛ ē ibi figuratiu⁹
sermo· vt conuersum intelligat· i· gñatio medicamenti·
Jncarnatio em̄ filij dei nihil aliud fuit q̃ gñatio medi/
camenti· vere em̄ languores nr̃os ipe tulit· ꝛ infirmita
tes nr̃as ipe portauit· Recte igit filij incarnatio fluui⁹
dorix ꝺ̄· Et ipe de se vere dicit· Ego q̃si fluui⁹ dorix· i·
medicinalis fluui⁹· ꝛ sicut aq̃ductus exiui de paradiso·
Natura aque hui⁹ ē· ꝙ tm̄ ascēdit· quantū descēdit· ta
lis fuit exitus incarnatiōis ẜm qd̓ ꝺ̄ in p̃s· A summo
celo egressio eius· ꝛ occursus ei⁹ vsq ad summū eius·
Et Johānis· xvj· Exiui a p̃re ꝛ veni in mūdū· Jterum
relinq̃ mūdū ꝛ vado ad p̃rem· ꝛ ita fecit circuluz· De hꝰ
etiā fluuio q̃tū ad egressū eius ex mr̃e· pōt exponi illud
qd̓ ꝺ̄ Hester· x· in somnio mardochei· paruus riuulus
creuit in fluuiū· ꝛ in lucē solēq cōuersus est· Quis ob/
secro est paruul⁹ fluui⁹ iste· nisi humilima ꝟgo· hec cre/
uit in fluuiū· cū generauit xp̄m· q̃ nō solū fluui⁹ ꝑ abun/
dantiā gr̃e· sed etiā lux sapie ꝛ sol iusticie ꝺ̄ ẜm ꝙ Joh·
j· de ipo ꝺ̄· Erat lux vera ꝛc̄· Quarto ꝓpter emunda
tionē ꝺ̄ fluui⁹ sacramentoꝝ dispensatio· q̃ sine sui pol
lutōe mūdat nos a coinq̃natiōib⁹ pctōꝝ· De hoc fluuio
Apoca· xxij· Ondit mihi fluuiū aque viue splendiduz
tanq cristallū ꝓcedētē de sede dei ꝛ agni· Sacramētoꝝ
dispensatio ꝺ̄ fluui⁹ splendid⁹ tanq cristall⁹ ꝓpter cla
ritatē ꝛ virorē quē relinq̃t in animab⁹ q̃ in hoc flumine
depurant· Dicit etiā fluui⁹ aque viue ꝓpter efficaciam
gr̃e q̃ viuificat aīam· Hic etiā ꝓcedit de sede dei ꝛ agni·
Naz sacramentalis gr̃a ꝓcedit a deo tanq ab actore et
efficiēte· a xp̄o tanq a mediatore ꝛ a ꝓmerēte· ꝓpter qd̓
dicunt oīa sacr̃a efficaciā habere a passiōe xp̄i· vt testat
Aug· De latere xp̄i dormientis fluxerūt sacr̃a· dū inde
fluxit sanguis ꝛ aq̄· De oīb⁹ istis fluuijs simul ꝛ ꝑ ordi
nez habet Geñ· ij· Ubi ꝺ̄ ꝙ fluui⁹ egrediebat de loco vo
luptatis· q̃ inde diuidit in q̃ttuor capita· Nomē primi
physon· Nomen scd̓i Gyon· Nomen tercij tigris· Et
nomen q̃rti eufrates· Fluui⁹ iste egrediēs de paradiso 3
est totius libri huius materia· Quattuor fluuij ex isto ꝓ
cedentes sunt spāles materie q̃ttuor libroꝝ· sicut faci/
le ē aptare· q̃ ꝑdictoꝝ noim interp̃tatōes vult diligen
ter exponere· Physon em̄ interp̃tatur oris mutatio· ꝛ i
hoc significat ꝑsonarū emanatio· Sicut em̄ ex ore ma/
teriali ꝓcedit ꝟbū ꝛ spūs· ita ex ore p̃ris fili⁹ ꝛ spūsscūs
Ecci· xxiiij· Ego ex ore altissimi ꝓdij p̃mogenita añ om
nē creaturā· Hoc dicit ipe filius q̃ ē ꝟbū et sapia patris
Et in p̃s· Uerbo dñi celi firmati sunt et spū oris eius
ꝛc̄· Gyon interp̃tat arena· ꝛ in hꝰ significat rerū munda
narū ꝓductio· Sicut em̄ vniuersitas creaturarū cōpa/
rat mari ꝓpter spaciositatē· ita arene ꝓpter innumerosi
tatē Ecci· j· Arenā maris· ꝛ pluuie guttas· ꝛ dies secu/
li q̃s dinumerauit· Tigris interp̃tat sagitta· ꝛ in hꝰ sig/
nificat filij dei incarnatio· Sicut em̄ in sagitta ferrum
cōiunctū est ligno· sic in xp̄o fortitudo diuinitatis con/
iuncta est molliciei humanitatis· Et sicut sagitta ex ar
cu ꝛ ligno volat ad percutiendū aduersarios· sic xp̄s de
cruce saliens confregit aduersariuz· Hec est illa sagit/

Prologus

ta de qua dicitur·iiij·Regum·xiij·Sagitta salutis dñi
⁊ sagitta salutis cõtra syriã·Eufrates interp̃tat̃ frugi
fer·in q̄ significat̃ sacroꝝ dispẽsatio q̄ nõ tm̃ aĩam pur
gant a culpa·sed etiã fecũdant in grã·Quod significa/
tum est·Apoc·vlti·vbi d̃r·q̄ iuxta fluuiũ cristallinum
erat lignum afferẽs fructũ cui⁹ folia erant in medicinã
¶Cum igitur quattuor sint fluuij·quattuor sunt fluuio
rum profunda predictis fluuijs correspondentia.
¶Profundũ eterne emanatiõis ẽ sublimitas eẽ diuini
de q̄ põt intelligi illud Eccs·vij·Alta ꝓfunditas·quis
inueniet eam·Vere ꝓfunditas alta·⁊ altitudo ꝓfunda
ita vt exclamet apl̃s Ro·xj·⁊ dicat·O altitudo diuitia
rum sapientie ⁊ scientie dei·q̄ȝ incomprehensibilia sũt
iudicia ei⁹·Vere iudicia icõphẽsibilia·q̄r ꝓfunda·Judi
cia em̃ dei abyssus multa·Et eccl·j·Profũdũ abyssi q̄s
dimensus est·Hec ꝓfunditas innuit̃ Job·xj·Forsitan
vestigia dei cõprehẽdes·⁊ vsq̄ȝ ad ꝑfectũ oĩpotẽtem re/
peries·Excelsior celo est·⁊ q̄d facies·ꝓfundior ĩferno·
⁊ vnde cognosces·q̄si·d·ex te nõ potes·iõ cõsulit apl̃s
Ephe·iij·In caritate radicati ⁊ fundati·vt possitis cõ
p̃hẽdere ⁊c·Et hoc ꝓfundũ ꝑscrutat̃ magr̃ in·j·li·Sub
tilitas enim diuini eẽ cõsistit in duob⁹·scȝ in nobilissi/
mis emanatiõibus q̄ sunt gñatio ⁊ ꝓcessio·In nobilis
simis cõditiõib⁹·q̄ sunt sũma sapĩa·oĩpotentia·⁊ ꝑfectã
voluntas de q̄b⁹ ẽ primus liber·¶Nã in p̃ria p̃te agit de
sacratissima vnitate ⁊ trinitate·In secũda vero q̄ incipit
di·xxxv·Cũq̄ȝ supra disserui ⁊c·sp̃ali tractatu agit de
supradicta ei⁹ triplici cõditiõe siue proprietate·¶Pro
fundũ creatiõis ẽ vanitas eẽ creati·Creatura enĩȝ quã
tomagis euanescit·tantomagis in ꝓfundũ tendit·siue
euanescat ꝑ culpam siue ꝑ penã·Propter h̃ d̃r ꝑ pro/
phetam in ps·in ꝑsona hoĩs q̄ euanuit ꝑ culpam·Infi
xus sum in limo profundi ⁊ nõ est substãtia·Et rursus
orans ꝓpha ne euanescat per penã dicit·Nõ me demer
gat tẽpestas aque·neq̄ȝ absorbeat me ꝓfundũ ⁊c·Hoc
ꝓfundũ scrutat̃ mgr̃ in scd̃o libro·Nã vanitas eẽ crea
ti in duob⁹ cõsistit·vicȝ in mutatiõe de nõ eẽ in eẽ·⁊ rur
sum in reuersione in nõ eẽ·Et q̄uis nulla creatura om
nino cedat in non ens ꝑ naturã·verũtñ (sicut dicit Au
gusti·) peccator tẽdit ad nõ eẽ ꝑ culpã·⁊ de his duobus
est tot⁹ secũdus·Nam in p̃ma p̃te agit de rerũ egressu·
In secunda vero parte que incipit di·xxj·Videns igit̃
diabolus ⁊c·agit de lapsu·vt de temptatiõe diaboli·de
pctõ originali ⁊ actuali vsq̄ȝ ad finem·¶Profundum
incarnatiõis est meritũ humanitatis xp̃i·qd̃ tantũ fuit
vt vere possit dici ꝓfundũ quasi nõ habẽs terminum·
nec fundum·De q̄ põt intelligi illud Jone·ij·Proieci/
sti me in ꝓfundũ in corde maris·⁊ flumẽ circũdedit me
Hoc p̃t dici de xp̃o·q̄ tm̃ humiliat⁹ ẽ·vt vere possit di/
ci ꝓiectus ⁊ abiectus·Esa·liij·Et vidimus eũ ⁊ nõ erat
ei aspectus·⁊ desiderauim⁹ eũ despectũ ⁊ nouissimũ vi/
rorũ ⁊c·vere igit̃ dicit se ꝓiectũ·sed vbi·in ꝓfundũ ma
ris ⁊ fluminis·Nã passio xp̃i cõpat̃ mari ꝓpter penali
tatis amaritudinẽ·flumini ꝓpt̃ charitatis dulcedinem·
Dulcissimũ em̃ cor Jhu xp̃i tanta circa nos afficiebatur
teneritudine amoris·vt nõ videret̃ ei graue ꝓ nobis su
stinere extremũ ⁊ acerbissimũ genus mortis·Et h̃ ꝓfun
dũ ꝑscrutat̃ magr̃ in tercio·Nã meritũ xp̃i in duob⁹ cõ
sistit·scȝ in passione per quam nos redemit·⁊ in actiõe
ꝑ quam nos informauit·que consistit in operibus vir/
tutum·donorum ⁊ p̃ceptoꝝ·de quib⁹ duobus est terti⁹
liber·Nam in p̃ma p̃te agit̃ de incarnatiõe ⁊ passiõe ĩ q̄
cõsistit nr̃a redemptio·In scd̃a q̄ incipit di·xxiij·Cum
vero supra habitũ sit ⁊c·agit̃ de virtutib⁹ donis ⁊ p̃ceptis
in quib⁹ cõsistit nr̃a informatio·¶Profundũ sac̃ralis
dispensatõis est efficacia ꝑfecti medicamenti·Tanta
enim est efficacia medicine sacramentalis·q̄ humanaȝ
mentem excedit·vt vere profundum possit dici·De h̃
Esa·lj·Posuisti profundũ maris viam tuã·vt transi/
rent liberati·Profundũ istud in q̄ egyptij demergunt̃·
⁊ filij liberati trãseũt ⁊ saluant̃·ẽ efficacia sac̃roꝝ·in q̄/
bus destruunt̃ opa tenebrarũ·⁊ conferuntur arma luc̃
⁊ dona grãrum ꝑ q̄ hõ transfert̃ de p̃tãte tenebrarũ ĩ re/
gnum filij charitatis dei·Hec efficacia sacramentorum
est ꝓfundũ maris inquantũ primo liberat a culpa ⁊ in
troducit in amaritudinem penitentie fluminis inquãtuȝ
liberat a miseria ⁊ introducit in dulcedineȝ gratie·Qd̃
optime prefiguratũ fuit in filijs israel·q̄b⁹ exeuntibus
ex egypto diuisa est aq̄·et transierunt per mediuȝ sicci
maris·Sicut dicit̃ Exo·xiiij·Et introeuntib⁹ in terrã
promissionis ꝑ arentẽ alueũ transiuit israel iordanem
istũ siccãte dño deo nr̃o aq̄s eius ⁊c·Similit̃ d̃r Josue
iiij·Hoc ꝓfundũ ꝑscrutat̃ magr̃ in·iiij·li·Nam effica/
cia ꝑfecti medicamenti in duobus consistit·s·in sana/
tione a varietate infirmitatũ deprimẽtiũ·⁊ in liberatiõe
ab vniuersitate miseriarũ aggrauantiũ·⁊ de his duob⁹
est totus quartus liber·Nam in p̃ria p̃te agit de multi/
plici sanatiõe quã efficiũt·vij·sac̃ra·In scd̃a que ĩcipit
di·xliij·postremo de cõditiõe resurrectiõis ⁊c·agit de ꝑfe
cta sanitate ad quã ꝑducũt·sicut de gloria resurgentiũ
q̄ veraciter ⁊ fideliter sac̃ra ecclesie perceperũt·⁊ ꝑ op/
positũ de pena malorũ q̄ sacramẽta ecclesie cõtempsert·
¶Ex perscrutatione autẽ quattuor ꝓfundorũ in quat
tuor libris elicitur finis·scȝ reuelatio quattuor abscon/
ditoꝝ·¶Primuȝ est magnitudo diuine substãtie·De
qua Esa·xlv·Vere tu es deus abscõdit⁹·de⁹ israel sal/
uator·Vere magnitudo diuine substãtie abscõdita·s̃m
illud Job·xxvj·Cũ vix paruã stillã sermonis eius au/
dierimus·magnitudinem tonitrui eius quis poterit ĩ/
tueri·certe nullus potest intueri·nisi ille cum quo sapi
entia dei inhabitat·ꝓpter h̃ petebat ille sapientie ama/
tor Sapiẽ·ix·Mitte illã de celis sanctis tuis·⁊ a sede
magnitudinis tue·Hoc absconditum magister reple/
tus sapĩa de supnis·ꝑ p̃mi libri ꝑscrutatiõeȝ ꝓduxit ĩ lu/
cẽ·Nã visis ⁊ intellectis nobilissimis emanationib⁹ et
nobilissimis ꝓprietatib⁹·ĩnotescit nobis viatorib⁹ (s̃m
qd̃ possibile est) diuine substãtie magnitudo·¶Scd̃ȝ
absconditum ẽ ordo diuine sapiẽ·De quo Job·xxviij·
Vbi inuenitur sapĩa·⁊ quis est locus intelligentie·ab/
scondita est ab oculis omnium viuẽtiũ·volucres q̄ȝ ce
li latet·Vere abscondita·Quia sicut d̃r ibideȝ·Sapĩa
trahit̃ de occultis·ita q̄ si cognosci optat̃·indiget ꝑscru
tatiõe ꝓfunditatis nõ in se·sed in operib⁹ in quib⁹ ipsa
relucet·Unde dicit̃ Eccl·j·q̄ vnus est altissimus crea/
tor q̄ effudit illã sup oĩa opa sua·Hoc ergo abscõdituȝ
manifestat magister in ꝑscrutatiõe scd̃i·Nam viso or/
dine bonorũ ⁊ maloꝝ·patȝ nobis quõ ab eterno sapĩa
dei ordinata ẽ·⁊ ex antiq̄s anteq̄ȝ terra fieret·¶Terciũ
abscõditum ẽ fortitudo diuine potẽtie·De q̄ Abac·iij·
Cornua in manibus eius·ibi abscondita est fortitudo
eius·legit̃ de xp̃o pendente in cruce vbi latuit fortitudo
veritatis sub pallio infirmitatis·Et hoc est sac̃rm ab/
sconditũ a seculis·De q̄ Ephe·iij·Mihi omniũ sctõꝝ
minimo data est grã·hec·in gentib⁹ euãgelizare inuesti/
gabiles diuicias xp̃i·⁊ illuminare oẽs q̄ sit dispensatio
sacramenti abscõditi a seculis in deo·Hoc est sac̃rm ab
sconditum·sac̃rũ secretũ q̄ deus fortis vt hostem vince
ret·indutus est armis nostre infirmitatis·quod est in/

auditũ a seculis. In ꝑscrutatiõe tñ tercij libri vbi osten
dit ꝙ xp̃s in sua ĩfirmitate vicit cõtrariã ptãtem. mani
festat fortitudo diuine potẽtie. Si enĩ vicit ꝑ infirmi/
tatẽ. qd fecisset si pugnasset ꝑ virtutẽ. Et si infirmũ dei
forti⁹ est hoĩbus. brachiũ dei qs poterit ĩfirmare. Uere
igit pꝫ inenarrabilis ei⁹ fortitudo. cui⁹ est tam fortis ĩ/
firmitas. ¶ Quartũ absconditũ est dulcedo diuine mi
sericordie. De q̃ in ps. Q̃ magna multitudo dulcedinis
tue dñe. quã abscõdisti timẽtibꝫ te. Uere abscõdita ⁊ re/
seruata timentibꝫ dulcedo misc̃die. Quia sicut dicit in
ps. Miscõia dñi ab eterno ⁊ vsqꝫ ineternũ sup timen/
tes eũ. ⁊ in eis qui sperãt super miscõia eius. Hec dul/
cedo manifestat in ꝑscrutatiõe quarti libri. Nã viso q̃/
liter de⁹ dimittit pctã in p̃senti. ⁊ q̃lia nr̃is vulneribus
adhibet medicamina. ⁊ q̃lia ĩfuturo dat premia. nobis
dulcedo diuine misc̃die aperit. ¶ Horũ igit abscondi/
torũ ꝓpalatio est finis libris generalis. ad quẽ ꝑduci et
ꝑducere volẽs magister sentẽtiaꝝ ꝑscrutatus est ꝓfun/
da fluuioꝝ p̃uia gr̃a spũssancti. Ille enĩ est p̃cipuus per
scrutator secretoꝝ ⁊ ꝓfundorum. ꝭm ꝙ dicit. j. Coꝝ. ij.
Spũs omnia ꝑscrutat. etiã ꝓfunda dei. Huius spũs
agitat⁹ charitate. ⁊ luce ⁊ claritate illustratus. cõposuit
magister hoc op⁹ ⁊ seruat⁹ ꝓfunda fluuiorũ. hoc etiam
spũ adiuuante factus ẽ reuelator absconditoꝝ. Ipe enĩ
est de q̃ scribit Dañ. ij. Ipse reuelat ꝓfunda ⁊ abscõdi/
ta. ⁊ nouit in tenebris cõstituta. Et hec fuit intẽtio ⁊ fi/
nis magri ꝭm ꝙ ipse dicit in ꝓlogo. lucernã veritatis ĩ
candelabro exaltare volẽtes. in sudore ac labore multo
hoc volumẽ deo p̃stante cõpegim⁹ ex testimonijs verita
tis in eternũ fundatis. Et paulo ante dixerat. ꝙ ꝓposi/
tũ est theoloicaꝝ inq̃sitionũ abdita pandere. Patet er/
go in verbo ꝓposito p̃sentis libri cã materialis. formal
efficiens ⁊ finalis.

Ad intelligentiã eoꝝ q̃ primo tacta sunt q̃ttuor
p̃nt queri iuxta q̃ttuor p̃dicta. Primo q̃ sit hui⁹
libri materia vel subiectũ.

¶ Questio. j.

Q deus sit subiectũ videt. ¶ Illud enĩ subiectũ est in
scia de q̃ et de cuius ꝓprietatibꝫ est sciẽtia tota. Sed de
deo et de ei⁹ opibus. vtputa creatione ⁊ reparatiõe ẽ to/
tus liber. ergo ⁊c. ¶ Item videtur ꝙ subiectũ isti⁹ libri
sint res ⁊ signa. Illud enĩ est subiectũ in scia ꝭm cui⁹ di
uisionẽ diuidit illa scia ab alijs. q scie secant vt res hoc
est q diuidunt ꝭm diuisionẽ subiectoꝝ. sꝫ hec ẽ res ⁊ si
gnũ. sic manifestũ est. ergo ⁊c. ¶ Itẽ videt ꝙ credibile
sit subiectũ hui⁹ libri. Illud enĩ est subiectũ in libro cir/
ca qd̃ versat autoris intẽtio ⁊ tractatus. Sed credibile
est hmõi. Uñ magister dicit in ꝓlogo. ꝙ ꝓpositum suũ
est fidẽ nr̃am clipeis dauidice turris munire. hoc est ad
ꝓbandũ fidẽ rõnes adducere. nõ in quã fidem ꝭm habi/
tũ. sed ꝭm creditũ. ergo ⁊c. ¶ Sed cõtra. Subiectuꝫ in
scia debet cõplecti oẽ qd̃ determinat in illa. sꝫ in hoc li/
bro nõ tñ determinat de deo sed etiaꝫ de creaturis. ergo
de⁹ nõ ẽ subiectũ hui⁹ toti⁹ libri generalit. sꝫ solũ primi
libri. ¶ Item aliter ostendit illud idẽ sic. Licet tres cau
se coincidãt in vnã. tñ materia nõ coincidit simul cũ fi/
ne. Quia materia dicit qd incõpletũ. finis autẽ dicit toti⁹ ope
ris cõplementũ. Sꝫ de⁹ ẽ finis totius isti⁹ operis. q fi
nis toti⁹ theologie. ergo nõ est subiectum vel materia.
Itẽ ꝙ res ⁊ signa nõ sint subiectũ. vr̃. Omnis enim
scientia est de rebus ⁊ signis. ergo si res ⁊ signa sunt sub
iectũ hui⁹ libri liber iste ẽ generalis ad oẽs. Q si sp̃a/
lis scientia ⁊ doctrina tradit in libꝛo hoc. patet ꝙ res ⁊
signa nõ habẽt assignari in eo ꝓ subiecto. ¶ Itẽ constat
ꝙ alia est scientia de rebꝫ. et alia de signis. vt pꝫ. differt
enĩ ꝭmocionalis sciẽtia a naturali. ergo aut sciẽtia tradi
ta in h̃ libro nõ est vnius generis. aut nõ est simul de re/
bus ⁊ de signis. Sed ẽ vnius generis. ergo ⁊c. ¶ Itẽ ꝙ
credibile nõ sit subiectũ videt. Quia scientia ⁊ veritas
sunt diuersi habitus. ergo habent diuersa obiecta. ergo
cũ credibile inq̃ntum hmõi sit obiectũ veritatꝫ. nõ erit ob
iectũ scientie. inq̃ntum hmõi. ergo ⁊c. ¶ Itẽ sicut cõside
ratio hui⁹ libri ꝟsatur circa fidẽ. ita circa spem ⁊ chari/
tatẽ. ergo si sperandũ vel diligendũ. siue sperabile vl
diligibile nõ est subiectũ hui⁹ libri. pari ratione nec cre/
dibile ẽ subiectũ in eo. ¶ Rñ. dõm. ꝙ subiectũ ĩ aliqua
scientia vl doctrina triplicit põt accipi. Uno mõ dicit
subiectũ in sciẽtia ad qd̃ oĩa reducũtur sic ad primũ ra/
dicale. Scd̃o mõ ad qd̃ omnia reducunt sicut ad totum
ĩtegrale. Tertio mõ ad qd̃ oĩa reducũtur sicut ad totum
vniuersale. Exemplũ huius manifeste patet ĩ grãmati/
ca. Nãꝫ subiectũ primo mõ ad qd̃ oĩa reducunt sicut ad
primũ elemẽtale vel radicale est lr̃a. quã ideo vocat Pri
scianus elementũ. q est minimũ in q̃ stat resolutio grã/
matici. Subiectũ ad qd̃ omnia reducunt sicut ad totuꝫ
ĩtegrale ẽ oratio cõgrua ⁊ ꝑfecta. Subiectũ ꝟo ad quod
oĩa reducunt sicut ad totũ vniuersale ẽ vox lr̃ata. articu
lata. ordinabilis ad significandũ aliq̃d in se vel in alio.
Per hunc moduꝫ est distinguere in q̃druuialibꝫ. Nam
subiectũ ĩ geometria ad qd̃ oĩa resoluunt vt ad p̃ncipiũ
est punct⁹. Subiectũ ad qd̃ oĩa reducunt vt ad totũ in/
tegrũ est corpus qd̃ continet in se oẽ gen⁹ diuisionis.
Subiectũ ad qd̃ oĩa reducunt vt ad totũ vl̃e est quanti
tas cõtinua ĩmobilis. Per hunc modũ ⁊ in hoc libro est
assignare subiectũ ꝭm triplicẽ dr̃iam. Nam subiectũ ad
qd̃ oĩa reducunt vt ad principiũ est ipse de⁹. Subiectũ
ergo ad qd̃ oĩa reducunt q̃ determinant in h̃ libro vt ad
totũ ĩtegrũ est xp̃s ꝓut cõprehẽdit diuinã naturã et hu/
manã. siue creatã ⁊ increatã. De q̃bꝫ sunt duo p̃mi libri
⁊ caput ⁊ mẽbra de q̃bꝫ sunt duo sequẽtes. Et accipio
h̃ large totũ ĩtegrũ. qd̃ mlta cõplectit n̄ solũ ꝑ cõpositõꝫ
sꝫ etiã ꝑ vnionẽ et ꝑ ordinẽ. Subiectũ q̃ꝫ ad qd̃ oĩa redu
cũt sicut ad totũ vniuersale. possum⁹ nominare dupla/
tionẽ siue sub disiunctiõe. ⁊ sic ẽ res vel signũ. Et vocat
hic signũ sacramentũ. Possum⁹ ⁊ vnico vocabulo no/
minare. ⁊ sic est credibile. ꝓut tñ credibile trãsit in rõneꝫ
intelligibil. ⁊ hoc ꝑ additionẽ rõnis. et hoc mõ ꝓprie lo/
quẽdo credibile ẽ subiectũ in hoc libro. Cõcedende ergo
sunt rõnes ꝓbantes ⁊ deũ esse subiectũ. ⁊ res ⁊ signa et
credibile. diuersimode sicut dictũ est. ¶ Qd̃ ergo obijcit
tur in contrariũ. ꝙ de deo non agit ꝑ totum in hoc libro.
Dicendũ. ꝙ q̃uis nõ agat de deo q̃ntum ad substantiã tñ
agit tñ q̃ntum ad substantiã vel q̃ntuꝫ ad opa eius. ⁊ ido
nõ est subiectũ vt totum sꝫ vt principiuꝫ. ¶ Qd̃ obijcit
ꝙ materia nõ coincidit in vnũ cuꝫ fine. Dicẽdum. ꝙ ma
teria triplicit dicit. scꝫ materia ex qua. materia ĩ qua. et
materia circa quã. ⁊ hec vltima materia magis dr̃ obie/
ctũ q̃ materia. Qñ ergo dicit ꝙ materia nõ coincidit cũ
fine. verum est de materia ex qua q̃ ꝓprie est materia. sed
nõ de materia circa quã q̃ ꝓprie est obiectum. Nã idẽ po
test esse obiectuꝫ habitus ⁊ finis. ⁊ tali mõ accipit mate
ria in sciẽtia ꝓ obiecto ꝟtutis cognoscẽtis. ¶ Qd̃ obijcig
tur de rebus et signis ꝙ sint subiecta oĩm scientiaꝝ. Di/
cenduꝫ. ꝙ res ⁊ signum p̃nt accipi in sua generalitate ⁊
sic nõ ꝑtinet ad scientiã specialeꝫ. nec ad librum. nec ad
eandẽ scientiaꝫ. Possunt iterꝝ accipi ꝭm ꝙ induunt ra/
tionẽ credibilis ⁊ sic quẽadmodum vna est ꝟtus et vn⁹
est habitus de oĩbus credibilibus. siue sint res. siue sint

signa·vt fides· sic vna ē scientia specialis de omnibus
inq̃ꝛtum induūt hāc rōnem·s·credibilis· siue sint res si/
ue signa ¶ Aliter pōt dici·ꝙ dupliciť ē loq̃ de rebꝫ ꝛ si
gnis·aut absolute·aut in relatiōe ad fruitiōez· siue ad il
lud q̃ fruendū est· Primo q̃dez mō spectāt ad speciales
sciētias ꝛ diuersas· Scđo mō ad vnā sciam siue doctri
nā· Vñ quēadmodū de oībus entibꝫ inq̃ꝛtum reducunť
ad vnū primuz ens est vna sciētia·aut vnus liber·sic de
oībus rebus ꝛ signis· inq̃ꝛtum ordinanť ad vnum q̃d ē
alpha ꝛ o·est vna scientia· ¶ Quod obijciť·ꝙ credibile
9 est obiectum veritatis est dicendū· ꝙ alio modo est cre/
dibile obiectum veritatis·alio modo sciētie· Credibile
enim fm ꝙ habet in se rōnem prime veritatis·cui fides
assentit ꝓpter se ꝛ sup oīa·ꝑtinet ad habitū fidei· Scđz
ꝙo ꝙ sup rōnē veritat' addit rōnē auctati'·ꝑtinet ad do/
ctrinā sacre scripture· De qua dicit Augu· super Geñ·
ad litterā·ꝙ maior est eius autoritas·q̃ȝ humani ingenij
ꝑspicacitas· Sed fm ꝙ supra rōnē veritatis ꝛ auctori/
tatis addit rōnem ꝓbabilitatis·ꝑtinet ad cōsideratōem
p̄sentis libri·in quo ponūtur rōnes ꝓbantes fidem no/
stram·ꝛ sic patet quomodo differēter est fides de credi/
bili·ꝛ libri de canone sacre scripture·ꝛ p̄sens scriptura·
et ideo nō valet illa obiectio de sperabili vel diligibili·
q̃m iste liber non ē sic ad defensionē spei et charitatis·
sicut fidei·vnde non est simile·

¶ Questio·ij·

De causa formali siue modo agendi huius libri· Et di/
ctum est ꝙ est ꝑscrutatorius ꝛ inquisitiuus secretorum
Sed cōtra· Esa·xl· Deus dat secretorum scrutatores q̃
si nō sint· Item Prouer·xxv· Scrutator maiestatis op
primeť a gloria· Itez Eccl·iij· Altiora te ne quesieris et
fortiora te ne scrutatus fueris· Ergo si ea que magister
ꝑscrutatur sunt secreta·sunt magna·sunt alta et fortia·
male magister ꝓcedit· ¶ Item ratione ostenditur sic·
Modus ꝓcedendi in ꝑte scie debet esse vniformis mō
totalis scie· sed modus ꝓcedendi in sacra scriptura est
tipicus ꝛ per modū narrationis nō inquisitōis· cum er
go liber iste ꝑtineat ad sacram scripturā·nō debet proce
dere inquirēdo· ¶ Itē modus agendi·debet esse conue/
niens materie de qua est· Vñ in primo ethicorū dicitur
Sermones inquirendi sunt fm materiam· Sed mate/
ria huius doctrine est credibile·ꝛ credibile est supra rati
onez·ergo modus ꝓcedendi ꝑ rationes nō cōuenit huic
doctrine· ¶ Item modus agendi debet esse cōueniēs fi/
ni ad quē ordinať scientia· Sed hec scia vt dicit magi/
ster in littera ordinať ad fidei ꝓmotionem·sȝ rōnes fidē
nō ꝓmouent·sed euacuant· Vñ Greg· Fides non habet
meritum·cui humana ratio p̄bet experimentū· ergo ta/
lis modus contrariať fini·ergo nō est cōueniens· Unde
et Hiero· Tolle inq̃t argumenta cū de fide agitur· Pa/
storibus ꝛ piscatoribꝫ crediť nō dyaleticis· Vanus ergo
et inutilis videtur hic modus· ¶ Sed contra j· Pe·iij
Parati omni poscēti reddere rōnem de ea que in vobis
est fide ꝛ spe· Cum ergo multi sint qui fidem nostrā im
pugnant·vtiq̃ꝫ rōnem de ea poscūt·vtile ꝛ cōgruū videť
per rōnes eam astruere·ꝛ mō inq̃sitorio et raciocinādo
ꝓcedere· ergo ꝛc· Item Ricardus de sancto Victo·in/
li·de trini· Credo sine dubio ad quorūlibet explanatōez
necesse esse non modo ꝓbabilia·sed etiam necessaria ar
gumenta non deesse·licet contingat nostraz īdustriaz la
tere· Ergo cuȝ fides nostra credat necessaria·ꝛ illa habe
ant rationes latentes· ꝛ talia indigent ꝑscrutatione vt
enodentur·patet ꝙ modus ꝑscrutatorius maxime con/
uenit huic scientie· ¶ Item nō est peioris cōditionis ve
ritas fidei nostre q̃ȝ alie veritates· sed in alijs veritati/
bus ita est ꝙ omnis que potest ꝑ rationem impugnari·
potest ꝛ debet ꝑ rationem defendi· ergo pari ratione et
veritas fidei nostre· ¶ Item nō est modo fides nostra
peioris conditionis q̃ȝ ī principio·sed quādo impugna
batur ꝑ falsa miracula magorum·defendebatur per ve/
ra sanctorūȝ·ergo cū modo impugnetur per falsa argu/
menta hereticoꝝ·debet defendi per vera argumenta do/
ctorum· ¶ ℞ñ·dicendū·ꝙ modus ꝑscrutatorius conue
nit huic doctrine siue libro· Cum eñ finis imponat ne
cessitatem his que sunt ad finē (Quia sicut dicit phus·
Serra est dentata·quia est ad serandū) sic iste liber· q̃r
est ad promotionem fidei habet modum inquisitiuum·
Modus eñ ratiocinatiuus siue inq̃sitiuus valet ad fi/
dei ꝓmotionem· ꝛ hoc tripliciter fm tria genera homi/
num· Quidam eñ sunt fidei aduersarij· Quidam sunt
in fide infirmi· Quidam vero ꝑfecti· Modus inquisi/
tiuus valet p̄mo ad confundenduȝ aduersarios· Unde
Aug^·j·de trinita· Aduersus garrulos ratiocinatores
elatiores magis q̃ȝ captiores·rationibꝫ catholicis et si/
militudinibꝫ cōgruis· ad defensionem ꝛ assertionem fi/
dei est vtendum· Secundo valet ad fouendū infirmos
Sicut eñ deus charitatem infirmorū fouet per benefi/
cia temporalia sic fidem infirmorū fouet per argumen/
ta ꝓbabilia· Si enim infirmi viderēt rationes ad fidei
ꝓbabilitatem deficere· ꝛ ad oppositum abundare· null^
ꝑsisteret· Tertio valet ad delectādum perfectos· Vi/
ro eñ mō anima delectatur ī itelligendo quod perfecta
fide credit· Unde Bernar· Nihil libentius intelligim^
q̃ȝ quod iam fide credimus· ¶ Quod ergo obijciť incon 10
trarium·dōm·ꝙ omnes ille autoritates intelligūtur de
ꝑscrutatione curiosa nō de perscrutatiōe studiosa· Nā
ipse dominus dixit iudeis· Johan·v· Scrutamini scri
pturas ꝛc· ¶ Quod obicitur ꝙ ille modus nō competit
sacre scripture· Dicēdum ad hoc·ꝙ liber iste ad sacram 11
scripturam reducitur ꝑ modum cuiusdam subalternati/
onis nō partis principalis· Similiter et libri doctoruȝ
qui sunt ad fidei defensionē·quod patet sic Quia non
quelibet determinatio trahens in parteȝ·facit subalter/
nacionem scientie·sȝ determinatio quodāmodo distra
hens· Nam sciētia de linea recta nō dicitur subalterna/
ri geometrice·sed scientia de linea visuali· quoniaȝ hec
determinatō quodāmodo trahit ad alia pricipia· Quo/
niam ergo sacra scriptura est de credibili vt credibile·hic
est de credibili vt facto intelligibili·et hec determinatio
distrahit· Nam quod credimus debeť auctoritati·et q̃d
intelligimus rationi· Hinc est·ꝙ sicut alius modus cer
titudinis est in scientia superiori· et inferiori· ita alius
modus cretitudīs est in sacra scriptura ꝛ alius in hoc li
bro·et ideo alius modus ꝓcedendi· Et sicut scientia sub
alternata vbi deficit·redit ad certitudinem scientie sub/
alternantis que maior est· Sic etiam cum magistro de/
ficit certitudo ratōis·recurrit ad auctoritates sacre scri
pture·que excedit omnē certitudineȝ rationis· ¶ Ꝙ tu
obijcis ꝙ debet conuenire materie· Dicenduȝ·ꝙ cōuenit 12
Et ꝙ obijcitur ꝙ credibile ē super rationem·verū est su/
per rationē q̃ȝtū ad sciaȝ acq̃sitā· sȝ nō supra rōnē eleua/
tā per fidē ꝛ per donū scie et intellect^· Fides eñi eleuat
ad essentiendū·scia ꝛ intellectus eleuant ad ea que credi/
ta sunt ad intelligendū· ¶ Q̃d obiꝫ·ꝙ non conuenit fini
quia euacuatur meritum· Dicendum·quando assentiť 13
propter se rationi·tunc aufertur loc^ fidei·quia in ani

ma hominis dñatur violētia rationis. Sed quando fi
des non assentit propter rationem. sed propter amorē
eius cui assentit. desiderat habere rōnes tunc non eua/
cuat rō humana meritum. sed auget solacium. ꝛ primo
modo intelligit Greg. similit̄ et hiero. ꝙ non sunt indu
cenda argumenta dyaletica. quibus homo principalit̄
innitatur. quia innitendum ē auctoritati principalius
ꝙ̄ rationi.

¶ Questio. iij.

¶ De causa finali. Et cum dictum sit ꝙ liber iste ē ad
reuelandum abscondita. queritur vtrum opus hoc sit
contemplationis gratia. vel vt boni fiamus. Et ꝙ sit
vt boni fiamus. videtur sic. Omnis doctrina que est d̄
his sine quorum cognitione non contingit recte viue-
re est vt boni fiamus. sed iste liber est ad cognitionē no
stre fidei. sine qua impossibile ē placere deo. nec recte
viuere. vt dicitur Heb. xj. ergo iste liber est vt boni fia
mus. ¶ Item omnis doctrina que conuenit cum vir/
tute in obiecto. est vt boni fiamus. hec per se manife/
sta est. sed hec doctrina conuenit cum fide in obiecto.
quia est de credibili de quo etiam est fides siue in quo.
ergo ꝛc. ¶ Item doctrina particularis conuenit cum
totali in fine. sed finis totalis scripture sacre. non ē tā
tum vt fiamus boni. sed etiam vt fiamus beati. ꝛ beati
tudo est optimum. igitur finis istius scientie est vt bo/
ni fiamus. ¶ Cōtra. magister dicit in littera ꝙ finis si
ue intentio sua est theologicarum inquisitionum abdi/
ta pandere. sed hoc pertinet ad eum cuius finis est spe
culatio. ergo ꝛc. ¶ Item scientia que est vt boni fiam⁹
pertinet ad mores. sed cum theologia sit de fide non de
moribus. liber autem iste de his que spectant ad fidem
non de his que spectant ad mores. ergo opus hoc non
est vt boni fiamus. Item omnis scientia que est vt
boni fiamus est practica. sed omnis talis est de his
que sunt ab opere nostro. sed hec non est de his que
sunt ab opere nostro. sed a deo. ergo est contemplatio/
nis gratia non vt boni fiamus. ¶ R°. ad intelligentiā
predictorum notandum est ꝙ perfectibilis est intellect⁹
noster a scientia. Hunc autem cōtingit considerare tri
pliciter. scilicet in se vel prout extenditur ad affectum.
vel prout extenditur ad opus. Extenditur autē intelle/
ctus per modū dictantis ꝛ regulantis s̄m hunc tripli/
cem statū. et quia errare potest. habet triplicē habitum
discretiuū. Nam si consideremus intellectum in se. sic
est proprie speculatiuus. ꝛ perficitur ab habitu qui est
contemplationis gr̄a. que dicit̄ speculatiua scientia.
Si autē cōsideremus ipm̄ vt natū extendi ad opus. sic
perficit̄ ab habitu vt boni fiamus. ꝛ hic est scientia pra
ctica siue moralis. Si autem medio mō consideret̄. vt
natus extendi ad affectum. sic ꝑficit̄ ab habitu medio i/
ter pure speculatiuū et practicū. qui complectit̄ vtrūq̄
ꝛ hic habit⁹ dr̄ sapīa. q̄ simul dicit cognitionē ꝛ affectū
Sapīa em̄ doctrine est s̄m nomē ei⁹. Eccl. vj. Vn̄ hic
ē cōtēplatōis gr̄a. ꝛ vt boni fiam⁹. p̄icipaliter tn̄ vt bo
ni fiamus. talis est cognitio tradita in hoc libro. Nam
cognitio hec iuuat fidē. ꝛ fides sic ē in intellectu vt qn̄
tū est de sui rōe. nata sit mouere affectū. ꝛ hoc p3. Na3
hec cognitio. xp̄s ꝑ nobis mortu⁹ ē. ꝛ cōsimiles. nisi sit
hō pctōr ꝛ dur⁹. monet ad amorē ꝛ deuotōez. nō sic ista
circulus vincit diametrū ꝛc. Cōcedendū est ergo ꝙ sciē
tia p̄ntis libri est vt boni fiam⁹. ¶ Qd̄ obicit̄. ꝙ est ad
pandendū abscōdita. Dicendū ꝙ ibi nō est stat⁹. q2 illa
reuelatio ordinat ad affectum. ¶ Qd̄ obr̄. ꝙ non est de
morib⁹. nec de his que sunt ab opere nostro. iam patet
responsio ad illud. quia ipse loquitur de illa scientia q̄
proprie est vt boni fiamus vt de practica.

¶ Questio. iiij.

¶ De causa efficiente. Et dicitur fuisse magister petr⁹
lombardus parisiensis epus. Sed ꝙ non debeat dici
autor huius libri videtur. Ille solus dicendus est autor
libri qui est doctor siue actōr doctrine. Sed sicut dicit
Augustinus in libro de mag. solus xp̄s est doctor. er/
go solus debet dici huius libri autor. ¶ Item sicut di/
cit philosophus in ethicis. Non quicunq̄ facit gram/
maticalia vel musicalia debet dici grammaticus vl̄ mu
sicus. vtpote si faciat casu vel fortuna vel alio suppo
nente siue dicēte. Sed magister hoc opus cōposuit ex
aliena doctrina. sicut ipē dicit in lr̄a. ꝙ in hoc ope maio
rum exempla doctrinamq̄ reperies. ergo non debet di
ci auctor. Si tu dicis ꝙ non tantū hic est doctrina san/
ctorum sed etiam sua. cuius ratione debet dici auctor.
Contra. a maiori et digniori debet fieri denominatio.
Sed magister dicit. ꝙ si paulisper vox sua insonnue/
rit. et tunc a paternis limitibus non discessit. ergo non
debet iste liber dici esse magistri. ¶ Contra. constat ꝙ
deus hoc opus non scripsit digito suo. ergo habuit ali
um doctorem. Sed non est dare alium nisi magistrum
ergo ꝛc. ¶ Item auctoritas magistri in hac parte reci/
pitur. ideo cum ipse dicat in littera. in ml̄to labore ꝛ su
dore hoc volumen deo prestante compegimus. ergo vi
detur ꝙ ipse fuit autor presentis libri. ¶ R°. ad intelli/
gentiam dictorum. notandum ꝙ quadruplex est mod⁹
23 duratione vt angelꝰ. ergo si dei cognitio. ⁊ dictio siue locutio nõ est accidẽs sed multo nobilius ⁊ ṽtuosius q̃ꝫ omnis creatura. habet verbũ intelligentie non tm̃ simul duratione sꝫ etiã natura. ergo ⁊c. ¶ Rñ°. dõm ꝙ ordo dicit᷑ esse alicuius dupliciter. Aut sicut ordinati. aut sicut rõnis ordinãdi. Ordo in diuinis sicut ordinati dr̃ ꝑsone p̃ris ⁊ filij ⁊ s. s. Sicut rõnis ordinandi. dicit᷑ nature. Natura em̃ dicit vim ꝓductiuaꝫ ſm ꝙ dicit phs ꝙ ẽ vis insita rebꝫ ex similibꝫ similia ꝓcreans. In diuinis aũt ẽ ordo ſm ꝓductionẽ. i. dr̃ ibi ordo nature. i. naturalis originis. Vñ genitiuꝰ ille non cõstruit᷑ subiectiue sicut cũ dr̃ albedo. p. sꝫ ex vi declaratiõis essentie. vt cũ dicit᷑. albedo claritatis. Et iõ resoluit᷑ in duos. vt sit sensus. ordo nature. i. naturalis origĩs. ex h̃ ptꝫ ꝑmũ qd̃ obijcit᷑ q̃ obijcit ac si diceret᷑ ordo eẽ nature vt rei ordĩate. Patet etiã scd̃m ꝙ essẽtia dicit᷑ in absolutione oĩmoda. nõ vt alterius principiũ. natura ꝟo dicit vt alterius principiũ. ideo dicit cõꝑationẽ ad ꝓductionẽ siue emanationem natu- 25
ralẽ. Vñ vlterius attendendũ ꝙ ordo ſm naturalem originẽ in his inferioribus duo dicit. s. emanationẽ ⁊ antecessionẽ. ⁊ rõ huiꝰ est. q̃ emanatio in his inferioribus ponit diuersitatẽ substantialẽ. vnde omne qd̃
emanat in his inferioribus ẽ effectꝰ. ⁊ quod ꝓducit ẽ 26
causa. ⁊ ideo dicitur causa ad cuius esse sequit᷑ aliud. et quia aliud in natura. iõ posterius ĩ natura. In diuinis aũt est emanatio ad quam non consequit᷑ essentie diuersitas vel nature. ideo nec prius nec posteriꝰ natura sed simul natura. ⁊ ideo in diuinis nõ accipitur rõ cause vel effectus ſm latinos sꝫ nomen principij q̃ꝫuis greci extenso noĩe vtant᷑ noĩe cause. ꝓ noĩe principij. ⁊ iõ in diuinis est ordo nature. nõ quo alter sit posterior altero. sed q̃ alter ex altero. ⁊ hoc ẽ qd̃ dicit augꝰ. in lr̃a. et ex hoc patet qd̃ scd̃o obijcit᷑. q̃ꝫuis em̃ in creaturis ordo posterioritatẽ ponat. nõ tamen in deo. ⁊ q̃ꝫuis nõ sit ibi posteritas. nõ seq̃tur q̃n bene sit ibi ordo. Ex his patet obiecta ad vtrãqꝫ ꝑtem. Cõcedendũ ergo ꝙ aliquo mõ reꝑit᷑ in diuinis ordo nature sicut ondũt ꝑme rões. Tertia tñ rõ deficit. q̃ nomẽ cause non reꝑit᷑ in diuinis ſm latinos ꝓprie. Qd̃ obijcit᷑ ad oppositũ patet. q̃ ordo nõ est nature vt rei ordinate. Patet etiã qd̃ obijcit᷑ de diuĩa eẽntia. q̃ ẽ nomẽ absolutũ nec ĩportat rõꝫ origĩs. Vltimũ pꝫ. q̃ ñ ẽ ibi ordo nature. q̃ alter ꝑor altreo. sꝫ q̃ alter ex altero.

24

Dist. xxi. Qualiter dictiones exclusiue accipiantur in diuinis

Hic orit᷑ questio trahens originẽ ex p̃dictis. Supra ꝓbauit magister equalitatẽ ꝑsonaꝝ. hic q̃ in ꝓbatione dubias rões dixerat ꝓpter dictiones exclusiuas. mouet illas dubitationes ⁊ soluit. Et habet hec pars tres partes ſm tria dubia que ꝓponit. Primo em̃ querit de hac rõne tantus est solus pater quantus pater ⁊ filius. Secundo ꝓponit hanc siue querit de hac. solus pater est deus. ⁊ hoc facit ibi. Post hoc queritur. vtrũ sicut dicit᷑ solus pater ⁊c. Tertio queritur de hac. trinitas est solus deus. ⁊ hoc facit ibi. Sed iteꝝ q̃ritur quõ ip̃am trinitatẽ. Et in qualibet istaꝝ ꝑtiũ. primo mouetur dubitatio. secũdo soluitur

¶ Queritur quomodo possit dici. tantus est solus pater quantus pater et filius. ⁊c. cum sint inseꝑabiles — DI. XXI

a

Hic oritur questio trahens origineꝫ ex p̃dictis. Dictum est em̃ supra ꝙ tantꝰ est solus pater. vel solus filius. vel solus spiritussanctus. quantus simul illi tres. ⁊ ꝙ due vel tres persone simul non sint maius aliquid q̃ꝫ vna persona sola. Ideo querit aug. in vj. li. de trini. quõ hec sane dici possint. cum nec pater sit solus. nec filius nec spiritussanctus. sed semper ⁊ inseparabiliter. et filius cum patre et pater cum filio. et spiritussanctus cum vtroqꝫ. Inseꝑabiles em̃ sunt he tres ꝑsone. ¶ Ad quod ita respondet Aug. in eodem. Solum deum patrem dicimus. non quia seꝑatur a filio vel a spiritusancto. sed hoc dicentes significamus. quia illi simul cum eo nõ sunt pater. Solus em̃ pater pater est. qd̃ non dicit᷑ q̃ ipse sit solus. id ẽ sine filio vel spiritusancto. sed per hoc filius vel spiritussanctus a paternitatis consortio excluduntur. Ita et cũ dicit᷑ solus filius. filius est. vel solus spiritussanctus. spiritussanctus est. non diuiditur filius a patre. vel spiritussanctus ab vtroqꝫ. sed a consortio filialis ꝓprietatis excludunt᷑ pater ⁊ spiritussanctus. ⁊ a consortio processibilis ꝓprietatis. pater ⁊ filius. Cum ergo dicitur. tantus ẽ solus pater. quantus simul illi tres. per hoc ꝙ dicitur solus. non separatur pater ab alijs. sed hic est sensus. Solus pater. id est pater qui ita pater est. ꝙ nec filius nec spiritussanctus tantus est ⁊c.

Dubitatio. j. Augꝰ

Rº.

Similiter intellige cum dicit· solus est filius· vel solus ẽ spiritussanctus· Solus ergo pater dicitur vt ait aug· in eodẽ quia non nisi ipse ibi pater est· ꝛ solus filius quia non nisi ipse ibi filius est· ꝛ solus spiritussanctus qꝛ nõ nisi ipe ibi spiritussanctus est·

¶ Utrum possit dici· solus pater est deus· solus filius ẽ deus· vel solus spiritussanctus est deus· vel pater ẽ solus deus· vel filius est solus deus· vel spiritussanctus est solus deus· b

Dubitatio· ij

Post hoc queritur vtrũ sicut dicitur· solus pater est pater vel solus filius est filius· ita possit dici· solus pater est deus vel solus filius est deus· ita et de spiritusancto· Aut pater est solus deus· filius est solus deus? Ad qđ dicimꝰ· quia pater ꝛ filius ꝛ spiritussanctus dicit etiam vnus deus· et[a] hec trinitas simul proprie dicit esse solus deus· sicut solꝰ sapiẽs solus potẽs· Sed nõ videt debere dici a nobis vbis nr̄is vtentibus· nisi vbi sermo autoritatibus occurrit· solus pat est deus· vel pater est solus deus· ita de filio ꝛ spũscto dicimus· Unñ Augꝰ· in lib· vij· de trini· ait· Quom ostendimꝰ quõ posset dici· solus pater vel solus filius· cõsideranda est illa sententia qua dicit· Nõ esse solũ patrẽ deũ verum solum· sed patrẽ ꝛ filium ꝛ spm̄scm̄· Ecce habes· qꝛ nõ solus pater dicẽdus ẽ esse verus deus· Item in eodem· Si quis interrogat pater solus vtrũ sit deus? Quõ r̄ndebimus nõ esse· nisi forte dicamus· ita esse quidẽ patrẽ deũ· sed nõ eũ esse solũ deũ Esse aũt solum deũ dicamus patrẽ ꝛ filiũ ꝛ spm̄sanctũ· Ecce ꝛ hic habes· quia pater nõ debet dici solus deus· atqꝫ hoc solum in pte subiecti tm̄ accipe quidã volunt· in pte vero p̄dicati sic concedunt· ꝙ pater est solus deus· Sed ex verbis Augꝰ· videt ostendi· ꝙ ꝓprie solus deꝰ dici debeat tota trinitas· Et hec trinitas vt ait Augꝰ· cõtra maxi· intelligit cũ apꝉus dicit· Beatus ꝛ solus potens· ꝛ ibi· Soli sapienti deo· ꝛ ibi· Inuisibili soli deo· Nõ em̄ de solo patre hec accipiẽda sunt· vt cõtendebat maximinus ꝛ alij heretici· sed de trinitate· Sicut ꝛ illud· Solus habet imortalitatẽ· quia ꝺm rectam fidem ipsa trinitas est vnus solus deꝰ· beatus· potẽs· sapiens· inuisibilis· Unñ Augꝰ· in eodem· Cũ vnus deus sit trinitas· hec sit nobis solutio questionis· vt intelligamꝰ solum deũ sapientẽ· solum potentem patrem ꝛ filium ꝛ spiritumsanctum· qui est vnus ꝛ solus deus·

Augꝰ.
Q non dicit solus pater deꝰ est

j· Thimo· vj
Rhoma· xvj·
j· Thimo· j·
j· Thimo· vj

¶ Quomodo dicit trinitas solus deus cum ipsa sit cũ spiritibus ꝛ animabus sanctis· c

Dubitatio· iij
℞·

Sed iterum queritur[b] quõ ipsam trinitatem dicimus solũ deum· cum sit cũ spiritibus ꝛ animabus sanctis? Ad qđ respondet augꝰ· in· vj· lib· de trini· ita dicens· Trinitatem dicimus deum solũ· q̄uis semp sit cum spiritibus ꝛ animabꝰ sanctis· sed solum dicimus· quia nõ aliud q̄ ipsa trinitas deus est· nõ em̄ illi cũ illa deus sunt vel aliqua alia· sed ipa trinitas tm̄· nõ illi vel alia deus est·

a Hec trinitas simul ꝓprie dicit esse solus deus· Cõtra· Videt p̄ h̄ velle negare istam pater est solus deus· s3 videtur hec esse vera per expositionẽ· quia pater est deus· ꝛ nõ aliud a deo vel aliud· ꝙ ꝛc· Itẽ p̄dicatum qđ dicitur de tota trinitate· n̄ põt esse nisi p̄dicatum essentiale· qꝛ aliter nõ diceret de tota trinitate· ꝛ essentiale p̄dicatũ dicit de qualibet psona sigillatim· ergo pater est solus deus· ℞. 1
dđ· ꝙ qñ solus p̄ se additur ad predicatum· ita ꝙ nõ intelligitur a pte subiecti· improprius est sermo· siue dicatur de trinitate tota· siue de patre· Nec vult dicere augꝰ· ꝙ solꝰ deꝰ p̄dicet de tota trinitate ita ꝙ non de patre· Sed in illis locutionibus· soli deo honor et gloria ꝛ cõsimilibꝰ· solus deꝰ nõ accipit pro vnica psona excludendo alias psonas· sed p tota trinitate excludẽdo alias naturas· ꝛ magister ita accipit· ac si Augꝰ· vellet dicere· n̄ ꝙ hoc· s· solus deus p̄dicaret de trinitate· et nõ de patre· s3 ipe vult ꝙ supponat p ipa trinitate· Pro patre vero si supponat· nõ tñ p̄cise supponit p solo p̄re ꝛ ideo Augꝰ· concedit ꝙ sola trinitas est solꝰ vnus deus· non tamẽ solus pater· vñ ꝛ magister nõ dicit ꝙ pater nõ sit solus deus· s3 ꝙ nõ ꝓprie dicit· ꝛ illud manifestũ est si inspiciatur qualiter solus debet addi ad p̄dicatũ·

b ¶ Quomodo ipsam trinitatem dicimꝰ solum deum cum sit cum spiritibus ꝛ animabꝰ sanctis· Querit cum inseparabilis sit a rebus alijs· ꝛ intimus omnibus· ꝓpter qđ magis dicit esse cũ sanctis q̄ cũ alijs? ℞· dđm· ꝙ q̄uis deus sit cum omnibus ꝛ in omnibus· tñ specialiter dicitur esse cum sanctis ꝓpter effectum gratie inhabitãtis 2
per quam ipsi conformant ꝛ cari ꝛ similis ei fuerũt· Unde Prouerb· viij· Delicie mee esse cum filijs hominum· dicit sapientia dei· Unde dominus vobiscum dicitur hominibus non bestijs·

Verumtamen vt ait aug. ꝛ si de solo patre predicta dicerentur. non tamen excluderetur filius vel spiritussanctus quia hi tres vnum sunt. sicut in Apocal. de filio legit̄. ꝙ habet nomen scriptum quod nemo scit nisi ipse. Non em̄ inde separatur pater vel spiritussanctus. Et cum dicit̄ Nemo nouit patrem nisi filius. non inde sepatur pater ꝛ spiritussanctus. quia inseparabiles sunt. Aliquando etiam nominatur pater ꝛ filius. ꝛ tacetur spiritussanctus vt veritas ad patrē loquēns ait. Vt cognoscant te ꝛ quem misisti iesum christum. esse vnuȝ verum deum. Cur ergo inq̄t aug. tacuit de spiritusancto? quia consequens est. vt vbicunqȝ nominatur vnus. sicut pater ꝛ filius. tanta pace vni adherens intelligatur etiā ipa pax. quāuis non cōmemoretur. vno ergo istorum nominato. etiam reliqui intelliguntur. quod in pluribus scripture locis occurrit.

Etsi de solo p̄re p̄dicta dicerentur. nō tñ excluderetur fili⁹ et sp̄ussanctus. c

Aug.

c Nemo nouit patrem. nisi filius. Contra. cum nemo componatur ex non et homo. ergo nemo idem est quod nullus homo. sed dictio exceptiua non excipit nisi cōtentum sub termino. Unde nihil est dictuȝ Nullus homo currit nisi asinus. cum ergo pater non contineatur ī suppositione huius nominis homo. patet ꝛc. Si tu dicas ꝙ ampliatur ex vsu distributio importata per istum terminū nemo vltraq̄ȝ ad homines. tunc ego quero ꝑ quo stat. aut ꝑ creato. aut ꝑ increato. Si pro creato. nulla est exceptio. quia simpliciter vera ꝛ preterea pater non est ibi contentum. Si ꝑ in creato. simpliciter et totaliter est falsa. ergo ꝑ exceptionem non potest verificari. Si tu dicas ꝙ ꝑ vtroqȝ. quō potest hoc esse. cum nihil habeant cōmune. Et si habent cōmune. aut hoc ꝙ est nemo distribuit ꝑ essentijs. aut ꝑ ꝑsonis. Si pro essentijs. ergo non debet excipi pater.
3 Si ꝑ personis. ergo debȝ excipi. s. s. sicut ꝛ pater. alioquin locutio est falsa. R⁹. dōm ꝙ nemo distribuit cōmuniter ꝑ cōmuni cognoscente siue habente vim cognitiuam. et distribuit nemo nō ꝑ supposito tantū siue ꝑ persona. sed ꝑ natura. vnde pater nō excipit̄ q̄ꝛ ꝑsona. sed quia eiusdem nature cum filio. et ideo implicatur in illa exceptione filius ꝛ sp̄ussanctus. ꝛ iō locutio habet veritatē. Vel dic ꝙ nemo distribuit ꝑ hominibus. et tenet̄ nō exceptiue sed aduersatiue. sicut dicitur. ij. Thimo. ij. ad nihil vtile ē nisi ad subuersionem audientium.

a Ad intelligentiam hui⁹ partis est hic questio de dictionibus exclusiuis. ꝛ circa hoc principaliter querenda sunt duo. Primo queritur vtrum dictio exclusiua in diuinis vere addat̄ termino substantiali. Secundo vtrum vere addatur termino relatiuo. Et quantum ad primuȝ querunt̄ duo Primo. vtrum dictio exclusiua vere addatur termīo substantiali a parte subiecti. Secundo. si vere addatur a parte predicati.

Questio. I a

Et vere addatur huic termino deus a parte subiecti ostenditur hoc modo. Deus habet aliquid ꝓprium. sed ꝓprium est quod inest soli. ꝙ ꝛc. et quia constat ꝙ exclusio vere addit̄ termino substantiali respectu predicati essentialis. vnde bene dicit̄. solus deus creat. queritur vtꝝ vere addatur ei respectu p̄dicati ꝓpꝛij. sicut termini relatiui. vtrum scȝ vere dicatur. sol⁹ deus est pater. Et ꝙ sic videtur ꝑ suam expositionē que est. solus deus est pater id est non alius q̄ȝ deus ē pater. ergo solus deus est pr̄. ꝛ ꝙ sit ista eius expositio hoc habetur a cōmuni vsu. et a philosopho qui dicit ꝙ solus idem est quod non cum alio. Item hoc videtur a conuertibili. quoniam iste due conuertuntur Nihil preter petrum currit. ergo solus petrus currit ergo et iste due. Nihil preter deum est pater. ergo solus deus est pater. Sed prima est vera. quia hec est falsa. Nihil est pater. ꝛ non habet instantiā nisi ī deo. ergo ꝛc. Item a quocunqȝ remouetur hoc quod ē in plus. remouetur quod est in minus. sed esse deum est in plus q̄ȝ esse patrem. ergo a quocunqȝ remouet̄ deus. et pater. sed quecunqȝ sic se habent. ꝙ a quocunqȝ remouetur vnum ꝛ alterum. vnum precise p̄dicat̄ de altero. nec habet instantiam. ergo pater precise predicatur. de deo. sed si p̄cise. ergo cuȝ exclusione. ergo ꝛc. Contra. Terminus accidentalis implicat rem suam circa suum subiectum. vt patet cum dicitur homo albus currit. circa hunc terminum homo implicatur albedo. ergo similiter cum dicitur. solus deus est pater. circa deū implicatur solitudo. Sed hylari⁹ dicit ꝙ deus non est solitarius confitendus. ergo ꝛc. et ratio ista concludit ꝙ non possit vere addi. nec cuȝ predicato ꝓprio. nec cōmuni. Item ostendit̄ ꝙ nō possit vere addi respectu predicati communis. vt cū dicatur. solus deus creat. hoc em̄ nomen deus de se habet suppositionem quasi indefinitam respectu ꝑsonarum. ergo reddit locutionem veram ꝑ aliquo. sȝ ꝑ quolibet est falsa. hec est enim falsa. solus pater creat. ergo cum omne predicatum essentiale cōueniat tribus. ꝛ non solum vni. nullo modo potest addi dictō exclusiua respectu talis predicati subiecto communi
Item ꝙ nō respectu ꝓpꝛij videtur. quia si hec ē vera. solus deus est pater. ergo a simplici cōuersa ꝛ hec solus pater est deus. sed ista est falsa. ergo ꝛc. Si dicas ꝙ non conuertitur simpliciter. Contra. habet intellectum vniuersalis negatiue. et particularis affirmatiue. ꝛ vtraqȝ conuertitur simpliciter. ergo ꝛc.
R⁹. dōm ꝙ hec dictio solus potest esse cathegorema vel sincathegorema. Scdōm ꝙ est cathegorema. sic est nomen adiectiuum absolutum ponens rem suam circa suum substantiuum. et res sua est solitudo. Unde tantum valet hic solus quantum solitarius. et q̄ꝛ solitudo nullo modo recipitur in diuinis q̄ȝtuȝ ad substantiam. quia est in multis ꝑsonis. hoc nomen solus non recipit̄ in diuinis substantialibus. sicut ostēdit prima ratio. Si aūt accipiatur inq̄ȝtum est sincathegorema. sic priuat associationem. ꝛ importat aliquam negationē. et sic cum aliquod predicatū ꝛ substantiale et ꝑsonale p̄cise dicatur de nomine substan-

tiali. sic vere dicitur in diuinis ⁊ respectu p̄dicati sub
stantialis. vt cū dicitur solus deus creat. ⁊ respectu
a 5 ꝑsonalis. vt cum dicit̃ solus deus est pater. ¶ Ad il-
lud ergo quod obiicitur ꝙ ponit rem suam circa sub-
stantiuū. dicendum ꝙ non est simile sc̄m ꝙ hoc nomen sol⁹
tenet̃ sincathegorematice. q̄ albus est dispositio sub
iecti absoluta. vnde absolute ponit rē suam circa ter
b minū. sed solus ratione negationis nō absolute. ⁊ ideo
6 non ponit solitudinem sed precisionem. ¶ Ad illud
quod obiicit̃ scḋo ꝙ terminus substātialis debet red-
dere locutionē veram ꝓ aliqua ꝑsona. dicendum ꝙ termi
nus cui additur exclusio. respectum habet ad predica
tum. ⁊ respectum habet ad exclusionem. et licet respe-
ctu predicati possit habere suppositionem persona
lem. vt cum dicatur. solus homo currit. tamen regu-
la est apud sophistas. ꝙ ꝑ comparationem ad dictionē
exclusiuā talis terminus habet suppositionem sim-
plicem. vnde nullo modo licet descendere. et hoc ē qḋ
dicitur in libro de regulis fidei. ꝙ dictio exclusiua fa
cit exclusionem q̄ntum ad genus rei. non quātum ad
rem generis. q̄ ratione forme communis que est ge-
nus rei. non ratione suppositi que est res generis.
7 ¶ Ad illud quod obiicit̃ vltimo ꝙ conuersa est falsa.
Dicendum ꝙ illa nō est sua conuersa. q̄ ista solus deus est
pater. habet intellectum negatiue huius. nullus ali⁹
a deo est pater. ⁊ hec conuertitur simpliciter. sed hec
non est sua conuersa. nullus alius a patre est deus.
sed hec. nihil quod est pater est aliud a deo. idem enim
quod subiiciebatur in prima debet predicari in secun-
da. et sic patet illud. ¶ Questio. II b
Utrum dictio exclusiua vere possit addi termīo s̄ba-
li a parte p̄dicati. Et ꝙ sic ostendit̃ hoc modo. Aug⁹.
vii. de trini. Patrem dicimus esse deum. sed non esse
solum deum. esse aūt solum deum dicimus patrem ⁊
filiū ⁊ spiritūsanctū. Si tu dicas ꝙ ly solum intelligi
tur a ꝑte subiecti. obiicit̃ expressi⁹ ꝑ hoc qḋ dicit Aug⁹.
ꝯtra maxi. Ipa trinitas est vnus solus verus deus.
ꝯstat ꝙ in hac solus deus nō pōt esse dispositio ex ꝑte
subiecti. q̄ sic esset sermo incōgruus. ergo ⁊c̄. ¶ Item hoc
videtur ꝑ expositionem. trinitas est deus. et non ali-
ud q̄ deus. ergo trinitas est solus deus. p̄misse sunt vere.
ergo et conclusio. ¶ Itē ratione videtur ꝑ simile. q̄n
p̄dicatum nō inest alii q̄ subiecto vere. hec dictio sol⁹
accipitur ex parte subiecti. ergo quando subiectū nō
subest alii q̄ predicato. vere accipitur a parte predica
ti. sed istud subiectum trinitas. non inest alii q̄ deo.
a ergo ⁊c̄. ¶ Cōtra. Hec dictio solus est dispositō sub-
iecti. sicut hoc signum omnis. sed quando oīs ad-
ditur ad p̄dicatū. locutio est falsa ⁊ impropria. ergo simi
b liter q̄n hec dictio solus. ¶ Itē hec dictio solus addi
ta alicui termino excludit alium. vnde sensus est. so-
lus homo. homo ⁊ non alius. sed alius respicit sup-
positū. ⁊ terminus subiicit̃ ratōne suppositi. ⁊ p̄dicat̃
rōne forme. ergo hec dictio solus de sui rōne respicit sub-
c iectum. ergo falso ⁊ improprie addit̃ p̄dicato. ¶ Itē sc̄m
ꝙ additur p̄dicato. aut tenet̃ cathegorematice. aut sin
cathegorematice. Si cathegorematice. tūc est nomē
adiectiuum ⁊ nō recipitur in diuinis. Si sincathego
rematice. sed sic importat negationem implicitā. sed
negatio antecedit quod negat. ergo necesse est ꝙ an-
tecedat compositionē quā negat. sed cū dr̄ pr̄ est solus
d deus. nō sequit̃ ꝯpositionē. ergo videt̃ ꝙ nō possit ipā
negare. ergo ⁊c̄. ¶ Item ego quero quid excludat quan-
do additur ad p̄dicatū. Si aliud a p̄dicato vt sit sen-
sus. est solus deus. i. deus ⁊ non aliud. tunc est ibi suꝑ
fluitas. quia forma predicati excludit aliam formam
disparatam quantum est de se. vnde sequitur. iste est
homo. ergo non est aliud ab homine. ergo videtur ꝙ
dictio exclusiua facit suꝑfluitatem ⁊ nugationem. nō
ergo tenetur exclusiue. ⁊ ita videtur ꝙ teneatur adie-
ctiue solum. ⁊ ꝙ importet solitudinem circa hunc ter
minū deus. et sic iste sunt false. ¶ R°. ad hec voluerūt 8
aliqui dicere. ꝙ hec dictio solus ꝓprie non debet ad-
di ad p̄dicatum. sed tm̄ ad subiectum. ⁊ cum addit̃ p̄-
dicato. imꝓprie sunt locutiones. ⁊ tunc idem est dice
re solus ⁊ tantū. ⁊ tn̄ si aliquis inspiciat. non tm̄ cum
hac dictione solus. sed cum hac dictione tm̄ videbit
imꝓprietatem ⁊ suꝑfluitatem. Quid enim aliud ē di-
cere trinitas est tm̄ deus. nisi. est deus ⁊ non aliud q̄
deus. hoc improprie satis dictum est. q̄ hoc ipso qḋ de
us est. excludit̃ ꝙ non sit aliud a deo. si enim deus est.
ergo non est aliud a deo. ⁊ nullus hereticus vnq̄ di-
xit trinitatem esse deum. quin diceret aliud esse a deo.
et ideo non videtur magnum quid aug. dicere si hoc vo
luit dicere. Propterea aliter dicendum est. ꝙ hec di-
ctio solus dupliciter potest addi termino substantia
li. aut ꝑ se. aut cum termino numerali siue partitiuo.
Per se improprie additur. ⁊ si addatur sc̄m vocē. ta-
men sc̄m intellectum stat a parte subiecti. Idem enim
est dicere. homo albus est. ⁊ est albus homo. vnde sen
sus est. non dicimus patrem esse solū deum. i. nō dici
mus solū patrē esse deū. Si aūt aliter ponatur. vide-
tur sermo habere suꝑfluitatem ⁊ imꝓprietatem. quia
hoc excludit qḋ excludebat̃ ex natura ipsius predicati.
Aliter addit̃ hec dictio solus termino s̄bali cū termi-
no numerali. sicut cū termino vnus. ⁊ tunc excludit
pluralitatem. ⁊ hoc modo bene addit̃ p̄dicato. ⁊ sic ac
cipit Aug⁹. cōtra maxi. cum dicit. trinitas est vnus
solus verus deus. ita ꝙ nō plures. ⁊ tūc est verus ser
mo ⁊ ꝓprius. ⁊ ꝯtra hereticos. q̄ dicebant trinitatē
plures esse deos. ⁊ importat̃ ꝑ istū terminū solus pri-
uatio multitudinis. ⁊ ita distinctio ⁊ magis ꝓprie dr̄
de trinitate. ꝙ trinitas sit vnus deus. q̄ de patre. cum
tn̄ posset dici de vtroq̄. q̄ pr̄ est vnus deus. ⁊ nullus
vnq̄ dixit patrē esse plures. sed de trinitate siue de tri
bus aliqui dixerunt. ⁊ ideo ꝯgruentius dr̄ trinitas ē
vnus solus deus. Cōcedendū ē ergo ꝙ solus pōt addi ad
p̄dicatū termini s̄balis vere in diuinis. sed n̄ ꝓprie nisi
cū determinatiōe ⁊ adiūctiōe termini ꝑtitiui. ¶ Ad il a
lud ergo qḋ obiicit̃. ꝙ sol⁹ ē dispositio subiecti. sicut hoc si-
gnū oīs. dicendum ꝙ nō ē ita ꝓpria dispositio subiecti sicut 9
hoc signū oīs. q̄ oīs distribuit ꝓ suppositis ꝓ q̄bus ter
min⁹ subiicit̃ nō ꝓ quibus p̄dicat̃. saltē simul sumptis.
Solus aūt nō solū dicit̃ rōne suppositi. verū etiā rō-
ne forme. q̄ excludit aliū. ⁊ etiā pt̄ excludere aliud. et b
ꝑ hoc patet sequēs. q̄ nō semꝑ excludit aliū masculi-
ne. sed etiam potest excludere aliud neutraliter. vel
etiam pluralitatem quando additur termino nume-
rali vt visum est. ¶ Ad illud qḋ querit̃ vtrū teneatur c
sincathegorematice. vel ꝓut est nomen importās for
mā denoīantē. vt idē sit sol⁹ qḋ solitarius. dicendum ꝙ sin
cathegorematice. Qḋ obiicit̃ ꝙ sequit̃ cōpositionem
dicendum ꝙ sol⁹ importat duo ī se. s. intellectū hui⁹ nois
ali⁹. ⁊ intellectū negatōis. q̄ntū ad intellectū h⁹ nois
alius. respicit terminū circa quē ponit̃. ⁊ sequit̃ actum. 10
q̄ntū ad intellectū negatiōis p̄cedit. ⁊ hoc non est incō
ueniens q̄ntum ad diuersa precedere ⁊ sequi. hoc patet
exponenti. Si cum dicā video solū comadū. sensus ē.

video Conradum et no video alium a conrado. Si/
11 militer intelligendum est in proposito. Ad illud quod que
ritur quid excludit cum additur predicato. dicendum quod quando addi
tur sine determinatione. excludit aliam formam. et tunc re/
uera est ibi superfluitas et improprietas. tamen nihilo/
minus veritas. sed quando additur cum termino parti/
tiuo. tunc excludit pluralitatem. et tunc potest locu/
tio habere veritatem: pater enim et filius sunt vnus de
us et non plures. et ita vnus solus deus etc.

Consequenter secundo loco est questio de se/
cundo articulo questionis. scilicet vtrum dictio ex
clusiua possit addi termino relatiuo. circa hoc
queruntur duo. Primo queritur vtrum dictio exclusiua
vere addatur termino personali respectu predicati proprii
Secundo vtrum vere addatur termino personali re
spectu predicati communis. vt vere dicatur. solus pa/
ter est deus.

Questio. I

Et respectu predicati proprii vere addatur. vt scilicet hec sit
vera. solus pater est pater. videtur per aug. vii. de trinita
te. In illa trinitate solus pater dicitur pater. quia nullus
nisi ipse est ibi pater. Item hoc videtur per expositio/
nem. quia persona patris est pater. et nulla alia est pater.
ergo hec est vera. solus pater est pater. Item nihil
est magis proprium alicui quam quod est idem sibi re et ra
tione. ergo propriissime dicitur de se. sed quod proprie conuenit
alicui. conuenit soli. ergo pater dicitur de solo patre.
Contra. solus vt vult philosophus idem est quod non cum alio.
sed impossibile est patrem non esse cum alio. ergo semper
quando additur huic termino pater vel alii termino personali. est
locutio falsa. Item solus excludit alium. sed alio est
deus. alio est pater. ergo addita huic termino pater
excludit deum. ergo si hec est vera. solus pater est pa/
ter. et hec similiter. deus non est pater. quod si hec est fal/
sa. ergo et prima. Item solus includit hoc relatiuum
alius. sed alius ita est relatiuum diuersitatis. quod nihilo/
minus implicat aliquam idemptitatem. Unde sequitur
iste vadit cum alio homine. ergo iste est homo. si er/
go excludit alium ab hoc quod est pater. aut alium pa/
trem. aut alium deum. sed quocunque modo dicatur est
12 locutio falsa. et implicatio falsa. ergo etc. Respondeo. Dicendum quod
secundum quod hec dictio solus tenetur sincathegorematice im
portat priuationem associationis. et locutio similiter
est vera. excluso illo sensu quo importat solitudinem
quia sic non accipitur in diuinis sicut supra dictum est. Secundum
enim quod importat priuationem associationis vera est. Quia
cum tripliciter possit eam importare. in quolibet sen
13 su locutio est vera. Potest enim hec dictio solus impor/
tare priuationem associationis respectu forme termi
ni. vt dicatur solus pater. id est ille qui est solus pater.
et sic absque dubio veritatem habet. solus pater est pa/
ter. Vel potest importare priuationem associationis
respectu predicati. et hoc dupliciter. vel in participan
do. vt quia alii non conueniat. et adhuc vera est. quia hoc pre/
dicatum quod est pater soli persone patris conuenit il/
la enim proprietas patri conuenit. et ita quod nulli alii. Vel
potest importare priuationem associationis in com/
participando. vt cum dicitur petrus comedit solus. vel
vadit romam solus. non quia alius non vadit romam vel
non comedit. sed quia nullus comparticipat cum eo quo/
uis participet. et sic locutio adhuc est vera. quia persona
patris non participat vel comparticipat cum alia in pro
prietate paternitatis. et ideo secundum quod solus exclusiue te/
netur iudicatur locutio vera. Ad illud ergo quod obiicitur
14 quod solus idem est quod non cum alio. Dicendum quod negatio
illa non simpliciter excludit alium in existendo. sed ex/
cludit alium respectu forme subiecti vel predicati vt
visum est. et quamuis pater cum alio existat. et non possit
sine alio esse. quia tamen proprietatem paternitatis cum alio
non communicat. ideo habet simpliciter locutio veritatem.
Ad illud quod obiicitur quod alio est deus. alio est pater.
15 dicendum quod sicut dictum est supra. alius dicit diuersitatem
secundum rationem dicendi vel intelligendi in verbo propo/
sito. sed in expositione huius dictionis solus. dicit di/
uersitatem siue distinctionem in supposito. et quia de/
us in supposito non differt a patre immo supponit pro
patre. ideo non sequitur quod dictio exclusiua addita pa/
tri excludat deum. Ad illud quod obiicitur quod alius im/ 19
plicat formam aliquam secundum quam conueniat. dicendum quod
istud non oportet quod ista sit forma per terminum importa/
ta. vere enim dicitur homo est aliud ab asino. nisi quan
do aduenit illi termino immediate. vt cum dicitur ali/
us asinus. includitur conuenientia in natura communi.
sed cum dicitur solus pater. non est dicere quod pater et non
alius pater. sed pater et non alius a patre. et ideo non
importatur conuenientia in forma proprietatis paterni/
tatis cum alietate. sed sufficit quod sit alia persona. pater enim
est alia persona. vel etiam alia essentia. et ista excludit hoc
quod est solus. et sic patet illud.

Questio. II

Utrum dictio exclusiua vere addatur termino perso
nali respectu predicati communis. vt vere dicatur so/
lus pater est deus. Et quod sic videtur auctoritate et ratione. Au
ctoritate sic. ecclesia cantat. Tu solus altissimus iesu
christe. Et illud. deo patri sit gloria. eiusque soli filio. etc.
et consimiles multe inueniuntur. Item Math. xi. Ne/
mo nouit filium nisi pater. sed nemo nisi pater. et solus pater.
conuertuntur. ergo solus pater nouit. et hoc predicatum est essentiale
ergo etc. Item ratione videtur. quia dictio exclusiua addi/
ta alicui. non excludit nisi alium. sed tres persone non ha
bent alietatem respectu predicati substantialis. ergo addi
ta vni. non excludit aliam respectu talis predicati. sed
si non excludit. locutio est vera. ergo etc. Item dictio ex
clusiua addita alicui non excludit quod est in eo vt pes
vt si dictio exclusiua additur petro. non excludit pedem
petri. ergo cum maiori idemptitate sit filius in patre quam
pes in petro. dictio exclusiua addita patri non exclu
dit filium. Contra. nec pater solus. nec filius solus.
nec spiritussanctus solus deus est. ergo non vere additur re
spectu termini communis. Item omnis propositio in qua
predicatum communius est subiecto. addita exclusione ad
subiectum est falsa. quia nullum tale precise conuenit sub/
iecto. sed talis est hec et consimiles. solus pater est deus
ergo etc. Item dictio exclusiua addita alicui exclu/
dit omne illud quod ponit associationem cum termino
et hoc patet. quia priuat associationem. sed filius ponit
associationem cum patre. vnde pater cum filio est pater cum
alio. Item dictio exclusiua excludit omne aliud. et
maxime oppositum. sed relatiua sunt vna differentia opposi/
tionis. ergo addita vni relatiuo excludit aliud. ergo
addita patri excludit filium. et si hoc. omnes tales
17 sunt false. Respondeo. quod hic est duplex positio. Quidam
enim simpliciter et sine distinctione concedunt has
et consimiles. solus pater est deus. et positio eorum
est. quod dictio exclusiua addita vni relatiuorum non ex
cludit reliquum. Et ratio huius positionis est. quia
non excludit quod consequitur ad terminum. et in/
telligitur in termino. vt addita homini non exclu/

dat animal. sed vnum relatiuoꝝ intelligitur ī altero. et cōsequitur alterꝝ. ergo addita vni non excludit alterū. Et si opponatur ꝙ solus excludit oppositū. dicunt ꝙ relatiua ⁊ sunt differentie oppositionis ⁊ entis. Oppositionis s̄m ꝙ ad idē. ⁊ sic addita vni excludūt aliud. Unde sequitur iste est tm̄ pater. ergo non ē filius Scd̄m ꝙ ad diuersos comparant sunt differentie entis et sic posito vno ponitur ⁊ reliquū. ⁊ vnū nō excludit ab alio. quia dictio exclusiua illud soluꝫ aliud excludit. qd̄ non necessario ꝯcomitatur. Sed hec positio non videtur ꝯueniēs. Dictio em̄ exclusiua ꝑuat associatōnē. ergo excludit omne illud quod ponit' circa ipam associationem. ⁊ iō addita patri excludit filiū. Et ꝓpter hoc alia est opinio ꝙ dictio exclusiua addita patri ex-
18 cludit filiū. ⁊ hec positio magis est ꝓbabilis. Scd̄m
a hanc positionē ꝓcedendo. distinguēde sunt hmōi locutiones s̄m ꝙ distinguit aug. ⁊ magister tāgit. quia solus pōt facere exclusionē respectu cōpositiōis itellecte circa subiectū. vel respectu cōpositōis ꝑncipalis Si ꝑmo mō tūc ē sensus. solꝰ p̄r ē deꝰ. i. ille q̄ solꝰ ē p̄r est deus. ⁊ tunc remouet formā termini subiecti ab aliis. nō formā predicati. et sub hoc sensu vere sunt omnes. Et sub hoc sensu accipit aug. solus. s. s. est tantus quantꝰ est pater ⁊ filius. Si aūt faciat exclusioneꝫ respectu ꝑncipalis cōpositionis. locutio est falsa. ⁊ omnes false sunt ꝓprie loquendo. nisi addatur determinatio vt artetur exclusio. vt patꝫ cū dr̄. Tu solus altissimus Jesu xp̄e cū. s. s. ⁊c. ⁊ sic patet primū. ¶ Ad illud 19 b
qd̄ obiicit scd̄o ꝙ solus pater eq̄pollet huic nemo nisi pater. dōm ꝙ falsum est. quia nemo distribuit pro natura nō ꝓ ꝑsona. solus aūt additur termino ꝑsonali. iō excludit ꝑsonam. ideo ꝓprie loquēdo hec ē falsa. Solus pater nouit filium. Quis hec sit vera. Nemo nouit filium nisi pater. quia sensus est. Nemo id est nulla creatura. nisi ille q̄ est eiusdem nature vt pater. ¶ Ad
aliud quod obiicitur. ꝙ dictio exclusiua excludit aliū 20
dicendum ꝙ excludit omne aliud vel alium quod non predicatur nec subiicitur. sed associatur. siue sit aliud in forma. siue in supposito. et qm̄ pater cū filio respectu ꝑdicati substantialis associātur. iō respectu illiꝰ excludūtur inuicem. ⁊ quia pars nō associatur iō non excluditur. vn̄ idemptitas maior vel minor nihil facit ad exclusionem. sed rō associandi vel nō associādi. Et si obiiciatur ꝙ addita diffinito nō excludit diffinitionē. ⁊ antecedēti nō excludit ꝯsequens. Breuiter dicendū ꝙ si ꝯsequens ita sequitur. ꝙ nō ponat associationē. ⁊ diffinitio nō claudat in se diuersum. tūc nō excludit. Si ꝟo aliter est. tunc excludit ⁊ cōtradictorie opposita implicātur in antecedente. vnde hic implicatur ꝯtradictio. tm̄ pater est. Huic aūt positioni cōcordat aug. qui negat hanc. solus pater ē deus. et cōsimiles.

¶ Dist. xxii. de trinitate ⁊ vnitate s̄m ꝙ credita ⁊ intellecta rōnabiliter ⁊ catholice exprimitur.

Post predicta nobis differendū videtur de noīm diuersitate. Supra egit magister de sacra trinitate s̄m ꝙ catholice creditur ⁊ intelligitur. in hac ꝑte agit de ea s̄m ꝙ credita ⁊ intellecta ꝑ catholicos s̄mones exprimitur. Unde sicut ipe mgr̄ dicit in lr̄a. intendit hic agere de noīm diuinoꝝ diuersitate. Et hec ꝑs habet duas partes. In prima ꝑte determinat de noībus diuinis in generali. In scd̄a in sp̄ali. et hoc dist. xxiii. ꝑdictis adiiciendū est ꝙ cū oīa nomina ⁊c. ¶ Prima pars diuiditur in duo. In ꝑma ꝑte ponit magister multiplices nominum diuinorum differētias. In scd̄a omnes reducit ad duas. s̄m illud Boetii in libro diuisionum. Omnis diuisio est bimembris. vel ad bimembrē reducibilis. et hoc ibi. Sciendum est igitur ꝙ illa que ꝓprie pertinent. Item prima diuiditur in duas. In ꝑma ponit magister differentias noīm diuinoꝝ s̄m aug. ⁊ s̄m ambrosiū. In scd̄a ad maiorem explanationem superaddit alias tres differentias. ibi. His adiiciendum est q̄dam nomīa esse ⁊c. ¶ Similiter secunda pars in qua reducit hec membra ad duo. habet duas ꝑtes. In prima ostendit ꝙ nomina in diuinis quedam dicuntur relatiue ⁊ hec ꝑtinent ad personas. Quedam ad se. ⁊ hec dicuntur de omnibus simul. In scd̄a ostendit hoc esse verū. ibi. Deus em̄ non est magnus ea magnitudine.

DI. XXII. ¶ De nominū differentia quibus vtimur loquentes de deo s̄m augustinum et ambrosium.

a

Post predicta nobis differendū videtur de nominū diuersitate. quibus loquentes de vnitate ac trinitate ineffabili vtimur. Deinde demonstrandū est quibus modis de ea aliquid dicatur. Illud ergo precipue teneamus. quedā esse nomina distincte ad singulas personas pertinentia. vt ait augꝰ. in. ix. libro de trinitate. que de singulis tantū dicuntur ꝑsonis. Quedam vero vnitatē essentie significantia sunt. que et de singulis singulatim. ⁊ de omnibus cōmuniter dicūtur. Alia vero sunt que translatiue ac per similitudinem de deo dicuntur. Unde Ambro. in ii. libro de trinitate ait. Quo puriꝰ niteat fides. tripartita videtur deriuanda distinctio. Sunt enim nomina quedam que euidenter proprietatem personarumq; deitatis ostendunt. Et sunt quedam que perspicuam diuine maiestatis exprimunt vnitatem. Alia vero sunt que trāslatiue et per similitudinem de deo dicūtur. Proprietatis itaq; indicia sunt. generatio. filius. verbuꝫ. et huiusmodi. Unitatis vero eterne. sapientia. virtus veritas. ⁊ huiusmodi. Similitudinis vero. splendor character speculum et huiusmodi.

Augꝰ. De di. no. tres differentie

Ambro. De di. no. tres differentie.

¶ Premissis addit tres nominũ differentias que tempo-raliter deo conueniũt. ꝛ relatiue dicunt̃ ad creaturã. b

a His adiiciendum est quedam etiam nomina esse vt aug. ait in. v. li. de trini. que ex tpe deo ꝯueniunt. et relatiue ad creaturam dicuntur. Quorũ quedam de oĩbus dicunt̃ ꝑsonis vt dñs. creator. refugiũ. Quedam aũt non de omib᷒ vt donatus. datus missus. — a Pria differentia

¶ Preterea est vnum nomẽ qđ de nulla ꝑsona singilatim dicitur. sed de omib᷒ simul. i. trinitas. qđ nõ dicit̃ ꝯm subaz. sed b quasi collectiuũ pluralitatẽ designat ꝑsonarũ — Scda dria — b

¶ Sunt etiã quedam nomia que ex tpe deo ꝯueniũt. nec relatiue dicuntur. vt humanatus. incarnatus. ꝛ hmõi. Ecce sex noĩm differentias assignauimus. quibus vtimur loquentes de deo. de quibus singulis agendum est. — Tertia dria.

¶ Reducit omnes nominum diuinoꝝ drñtias ad duas qꝛ quedã dicuntur relatiue ꝛ hec ꝑtinent ad personas. Quedam ad se. ꝛ hec dicuntur de omnibus simul. c

c Sciendum est ergo ꝙ illa q̃ ꝓprie ad singulas ꝑsonas ꝑtinent. relatiue adinuicem dicunt̃. sicut pater. ꝛ filius. ꝛ vtriusq; donum spiritussanctus. Eã vero que vnitatem essentie significant. ad se dicunt̃. ꝛ ea q̃ ad se dicunt̃. substantialiter vtiq; dicunt̃. ꝛ de omnibus cõiter. ꝛ de singulis singilatim dicunt̃ ꝑsonis. ꝛ singulariter non pluraliter accipiuntur in summa. vt deus. bonus. potens. magnus. et hmõi. — c

Que aũt relatiue dicunt̃. substantialiter nõ dicunt̃. Vnđ Aug. in. v. li. de tri. ait. Quicqđ ad se dicitur. ꝑstantissima illa ꝛ diuina sublimitas substãtialiter dicitur. Qđ autẽ ad aliquid dr̃. nõ substãtialiter dr̃ sed relatiue. Tantaq; ẽ vis eiusdẽ sube in pr̃e ꝛ filio ꝛ spũsãcto vt quicquid de singulis ad seipos dicitur. non pluraliter in summa. sed singulariter accipiatur. Dicimus eñ. pr̃ est deus. ꝛ filius est deus. ꝛ spiritussanctus est deus. quod ꝯm substantiã dici nemo dubitat. Non tamẽ dicimus hanc trinitatem esse tres deos. sed vnum deum. Ita dicitur pr̃ magnus filius magnus. et spũssanctus magnus. non tres magni sed vnus magnus. Ita etiã oĩpotens pr̃. omipotens filius. omipotens spũssãctus. d Nõ tñ tres oĩpotentes sed vnus omnipotẽs. Quia q̃ ad seipm dr̃ deus. ꝛ de singulis ꝑsonis similiter dicitur. et simul de ipa trinitate. nõ pluraliter sed singulariter dr̃. Et qm̃ nõ ẽ aliud deo esse. ꝛ aliud magnũ esse. sed hoc idẽ est illi esse. qđ est magnũ esse. ꝓpterea sicut non dicim᷒ tres essentias. sic non dicimus tres magnitudines. sed vnã essentiam. ꝛ vnam magnitudinem — Aug. — d

1 a ¶ His adiiciendũ est. quedã etiã nomia ꝛc. Obiicit̃. qꝛ aut diuisiones aug. ꝛ amb. sunt sufficientes. aut nõ. Si sic. ꝑ magister superflue addit. Si dicant̃ insufficientes. ꝓ incõuenienti est habẽdum. Rñ. dõm ꝙ nec diuisio aug. nec amb. est diminuta. nec additio magistri sup̃flua. Nam mẽbra diuisionis mgr̃i. includunt̃ ĩ mẽbris diuisionis ambrosii. illa eñ est ꝑ immediata. cũ eñ sit trimembris. reducit̃ ad has diuisiones qꝛ omne nomẽ dei. aut est ꝓpriũ. aut translatiuũ. Si ꝓpriũ. aut spectat ad substãtiã. aut ad ꝑsonas. Mgr̃ autẽ ista mẽbra magis specificat. qꝛ nomẽ aliqđ põt spectare ad vnitatem sbe. vel ab eterno. vel ex tpe. Similiter ad ꝑsonas. vel ab eterno. vel ex tpe. Et ad personas dupliciter vel diuisim vt hoc nomẽ pr̃ vel simul et ꝯiunctim vt hoc nomẽ trinitas et ista sũt sex mẽbra.

2 b ¶ Quasi collectiuũ. Videt̃ male dicere ꝙ trinitas est quasi collectiuũ. qꝛ vnitas collectiua. vt dicit Bern. est minima vnitas. sꝫ vnitas trinitatis arcẽ tenet inter omnes vnitates. ꝑ ꝛc. Rñ. ꝙ h̃ nomen trinitas deficit in duobus a nomie ꝓprio collectiuo. Primo quia illa que nomen collectiuũ colligit habẽt simpliciter diuersitatẽ. ꝛ scđo qꝛ habent vnitatẽ ꝯm qđ. ꝛ ecõtra est in nomine trinitatis. tñ in hoc ẽ similitudo. qꝛ sicut nomẽ colle-

3 ctiuũ plures simul dicit ꝛ de nullo ꝑ se ꝑdicat̃. ita nec hoc nomen trinitas ꝑdicat̃ de aliqua ꝑsonaꝝ. ꝛ tñ oẽs simul importat. iõ mgr̃ nõ dicit ꝙ sit collectiuũ simpliciter. sed quasi. c ¶ Sciendũ est ꝑ ꝙ illa que ꝓprie ꝛc. Circa h̃ notandũ ꝙ ex verbis aug. que hic ponunt̃ ꝛ in li. de trinitate eliciunt̃. quedã regule de nominibus diuinis. Prima est hec. omne nomen quod dicit̃ de deo. dr̃ vel ꝯm substantiã. vel ꝯm relationem excepto hoc nomine homo. Secunda est hec. omne nomẽ qđ dicitur de tribus ꝑsonis. ita ꝙ de qualibet singulariter. dr̃ ꝯm sbam exceptis nominibus ꝑtitiuis. Tertia est hec. oĩe nomẽ dictũ ꝯm sbam. ꝑdicat̃ de trib᷒ ꝑsonis simul sumptis singulariter excepto hoc noĩe ꝑsona. Quarta est hec. oẽ nomẽ dictũ de deo respectu creature indicat eẽntiã. exceptis his que ꝑtinẽt ad

4 vnionẽ. Quinta ẽ hec. Oẽ nomẽ qđ dr̃ de deo ex tpe. ꝛ nõ dr̃ de ꝑsonis singulis. ꝑdicat notionẽ vel q̃si. ꝛ h̃ dr̃ ꝓpter hoc nomẽ missus. qđ dicit eẽ ab alio. d ¶ Nõ tñ tres oĩpotẽtes ꝛc. Cõtra. qꝛ cũ dicam᷒ tres potẽtes. vr̃ ꝙ ꝑi rõe possum᷒ dicere tres oĩpotẽtes. Rñ. dõm. ꝙ vbũ sꝑ adiectiẽ ꝛ ĩ adiacẽtia significat. ꝛ iõ sꝑ trahit nũeꝝ a supposito similiter ꝑticipiũ manẽs ꝑticipiũ. qꝛ hꝫ naturã vbi. sꝫ nomẽ qꝛ iđete significat aliqñ sbstãtiuat̃. ꝛ qñ nũerat̃ tũc nu

¶Probat reductionem p̄cedentem· ꝙ·ſ·ſicut deus magnus eſt ea magnitudine qua deuſ eſt·ſic dicendum eſt de bonitate ⁊ de omnibus que ſm̄ ſubam dicuntur· d

e ᶜDeus em̄ nō eſt magnus ea magnitudine que non eſt qð ip̄e vt quaſi ꝑticeps eius ſit alioquin maioꝛ eſſet illa magnitudo q̄ꝫ deus·deo autem non eſt aliquid maius·ea ḡ magnitudine magnus eſt qua ip̄e eſt·Ideoq̄ꝫ nec tres magnitudines dicimus·ſed vnā magnitudinē·nec tres magnos ſed vnū magnū·q꞉ nō ꝑticipatiōe magnitudīs deꝰ magnꝰ eſt·ſed ſeip̄o magno magnus eſt·q꞉ ip̄e eſt ſua magnitudo Ita et de bonitate ⁊ eternitate ⁊ oīpotētia dei dicendū ē·et de om̄ibus oīno q̄ de deo pn̄t ꝓnunciari ſubſtantialiter·quibus ad ſeip̄m dicitur non tranſlatiue ac per ſimilitudinem·ſed ꝓpꝛie·ſi tn̄ de illo ꝓpꝛie aliquid oꝛe homīs dici poteſt·Ecce apte docuit ꝙ nomina vnitatem diuine maieſtatis ſignificantia·⁊ ad ſe dicunt̄ de deo·id eſt ſine relatione·et de omnibus perſonis cōmuniter·et de ſingulis diuiſim dicuntur·nec pluraliter ſed ſingulariter in ſumma accipiuntur·Illa verō nomina que ꝓpꝛie ad ſingulas ꝑtinent ꝑſonas꞉relatiue non ſubſtantialiter dicunt̄·Q̄ꝫ enim pro-

Augꝰ. pꝛie ſingula in trinitate perſona dicitur·vt ait Augꝰ·in eodem·nullo modo ad ſeip̄am·ſed ad aliam inuicem vel ad creaturam dicitur·Et ideo relatiue·non ſubſtantialiter dici manifeſtum eſt·

meratur ſicut nomen ſbſtantm̄ a ꝑte ſue foꝛme·⁊ iō q꞉ potens pōt eſſe ꝑticipiū·oīpotēs eſt nomē tm̄·ideo n̄ ſic recipitur tres omīpotētes ſicut tres potentes·niſi oīpotēs ſit adiectiuū ⁊ adiectiue tentū·ᴿRō aūt quare omīpotens nō pōt ēē participiū·eſt ꝓpter compoſitionē quā non admittit verbū·Participiū em̄ vt dicit grammaticus tranſit in nomen quattuoꝛ modis 5
cōpoſitōe vt indoctꝰ· 6
compatione vt doctioꝛ·ꝯſtructiōe vt amāſ illius·tꝑis amiſſione vt amandus ſm̄ ꝙ idē ſignificat vel idem ſonat ꝙ amari dignus·

e ¶Deꝰ em̄ nō eſt magnus ea magnitudine ⁊c̄·Queritur ꝯ iſta ratione aug·Si deus ē ꝑticipatiōe magnꝰ·ḡ magnitudo eſt maioꝛ q̄ꝫ deus·Et videt̄ iſta rō n̄ valere·Non em̄ valet·Iſte eſt albedine albus ꝑ ꝑticipationē·ḡ albedo eſt albioꝛ vel maioꝛ q̄ꝫ ip̄e·Rꝰ·dōm ꝙ rō aug·bona eſt·⁊ fundat̄ ſupꝛa ipſam nois expoſitionē·q꞉ ꝑticipare eſt partem cape·et ſi partem capit·ergo minus eſt q̄ꝫ totum·Q̄ꝫ ergo obÿcitur de albedine·dōm ꝙ eſt maius dupliciter·vel quantū ad eſſe·vel q̄ꝫtum ad poſſe·Dōm ergo eſt ꝙ ꝑticipatio ſubiecti attendit̄ reſpectu foꝛme vniuerſalis·et q̄ꝫuis ip̄a ſit tota in ſubiecto q̄ꝫtū ad eſſe·nō tn̄ q̄ꝫtū ad poſſe·q꞉ pōt in alÿs eſſe·deo tn̄ nihil pōt eſſe maius nec q̄ꝫtū ad eſſe nec q̄ꝫtum ad poſſe·et ideo argumentum Aug·bene tenet·ꝙ deus nihil poſſit participare·Aliter pōt dici ꝙ argumentū aug̃·bene tenet in his foꝛmis·que nate ſunt aliq̄d denominare ꝑ eēntiā·⁊ in talibus qð eſt ꝑ paticipationem·reducit̄ ad illud quod eſt ꝑ eſſentiam·⁊ qn̄cunq̄ꝫ ſic eſt·illud quod eſt ens ꝑ eſſentiam·excellit illud quod habet ens per participationem·Si ergo magnitudo eſt magna ꝑ eſſentiam·⁊ deus ꝑ ꝑticipationem neceſſario ſequitur ꝙ magnitudo eſt maioꝛ q̄ꝫ deuſ·non ſic eſt de albedine·quia non eſt nata ſe denominare·nec de aliquo per eſſentiam pꝛedicari denominando illud·

Ad intelligentiam eoꝛum que in hac parte dicuntur·de nominibus diuinis quattuoꝛ queruntur·Pꝛimo queritur vtrū deꝰ ſit nominabilis·Secundo vtrum ſolo nomine vel pluribus debeat nominari·Tertio ſuppoſito ꝙ plura ſint nomina diuina·queritur·vtrum omnia dicant̄ tranſlatiue·aut etiam quedam dicantur ꝓpꝛie·Quarto vtrū nomina dicta de deo dicantur ſm̄ ſubſtantiā·an etiā aliquo alio modo·

¶Queſtio ·I· a

a Q̄ꝫ deus ſit innominabilis oſtendit̄ autoꝛitatibus ⁊ rationibus·Autoꝛitatibꝰ ſic·Dyoniſius de diuinis nominibus·deum neq̄ꝫ dicere·neq̄ꝫ intelligere poſſibile eſt·Et iterum·Dei neq̄ꝫ nomen eſt·neq̄ꝫ verbum neq̄ꝫ ratio·neq̄ꝫ opinio·neq̄ꝫ fantaſia·ergo deus ē oīno innominabilis·

b ¶Item phus in libꝛo de cauſis·Pꝛima cauſa ſuperioꝛ eſt omni narratione·ſed quod eſt ſuperius omni narratione·eſt inenarrabile·⁊ omne tale innominabile·ergo ⁊c̄·

c ¶Item ratione oſtenditur ſic·Nomen ꝓpoꝛtionem ⁊ ſimilitudinem aliquam habet ad nominatum·vt vox ad ſignificatum ſed deus eſt infinitus omnino·vox autem omnis finita·ergo cum nulla ſit ꝓpoꝛtio finiti ad infinitum·nulla ꝑ vocem erit expꝛeſſio·ergo nec nominatio·

d ¶Item omne nomen imponit̄ a foꝛma aliqua·ſed in deo non eſt ponere certam foꝛmam·Unde Auguſti·Deus qui omnem foꝛmam ſubterfugit·intellectui ꝑuius eſſe non poteſt·ergo ⁊c̄·

e ¶Item omne nomē ſignificat ſubſtantiam cum qualitate·ſed in deo ē ſubſtantia mera ſine quantitate et qualitate·ergo nō cōuenit deum ſignificari ꝑ nomen·

ꝗ ✓ deꝰ ſit nominabilis

¶Item ꝙ nec deus ſit nominabilis ꝑ pꝛonomen·Pꝛonomē em̄ nō habet ſignificationem determinatam niſi ꝑ demōſtrationem vel relationem·Demonſtratio aūt fit mediantibus accidentibus que poſſunt oculis cōſpici·ſꝫ hec nō ſunt in deo·ḡ videt̄ ꝙ dei neq̄ꝫ ſit nomen neq̄ꝫ pronomen·

¶Contra in pſ̄·Dn̄s nomē eſt illi·Et iterū q̄ꝫ admirabile eſt nomen tuū in vniuerſa terra·ḡ deꝰ habet nomen·

¶Itē Dyo·fecit librū de diuis noibꝰ

Aut ergo deus est nominabilis. aut sciētia ibi tradita cassa
est ⁊ inutilis. ¶ Item rōne videt̄. q2 omne qđ se exprīmit
verbo. pōt se exprīmere signo verbi. sed signū verbi ē vox
ergo cū deus suo verbo exprīmat̄. pōt exprīmi voce. sed qđ
potest voce exprīmi. pōt nomīari. ergo ⁊c. ¶ Itē qđ con
uenit intelligi cōuenit significari siue enūciari. sed cō
8 tingit deū a nobis cognosci. hoc certū est ⁊ s̄ ꝓbatū ē.
ergo ⁊c. ¶ Itē qđ conuenit laudare ꝯuenit ⁊ noīare. sed
deū cōuenit laudare. imo ip̄e summe laudabilis ergo
et nomīabilis. ¶ R°. dđm ꝙ sicut ītelligere dicit̄ du
pliciter. sic effabile ⁊ nomīabile. Uno em̄ modo intel
ligere dicit̄ ꝑ ꝑfectam comp̄hensionem. Alio modo
ꝑ semiplenā cognitionē. Sic effabile dupliciter di
cit̄. Uno modo ꝑ perfectam expressionē. Alio modo
per semiplenam narrationē. sic etiā nomīabile. Si
dicat̄ effabile siue nomīabile s̄m ꝑfectionē exp̄ssiōis
sic dđm ꝙ sicut deus sibi soli est intelligibilis. sic sibi
soli est effabilis ⁊ nomīabilis. nō alio nomīe q̄ȝ ip̄e sit
nec alio verbo q̄ȝ ip̄e sit. ⁊ sicut nobis est incomp̄hen
sibilis. ita et ineffabilis. ita etiā et innomīabilis. ⁊ ꝑ
hunc modum loquitur Dyoni. ⁊ ph̄us. Si vero di/
cat̄ effabile ⁊ nomīabile s̄m qualemcunqȝ nominatio
nē. sic quemadmodū deus est nobis cognoscibilis. ita
et effabilis ⁊ noīabilis. ⁊ q̄ melius cognoscit meli9 ef
fat̄. ⁊ melius nomīat et expressius. Unde expressius
nomīat fidelis. ⁊ scriptura que fidei suffragat̄. vt sa/
cra scriptura. q̄ȝ ratio vel ph̄ia. ⁊ hoc modo ꝓcedunt
rationes ⁊ autoritates ad secundam ꝑtem. ¶ Ad il/
lud ergo qđ secūdo obijcit̄ de dyo. et ph̄o iā pȝ r̄nsio.
ꝑ hoc ꝙ loquunt̄ de nomīatione in qua est ꝑfecta ex/
9 pressio. ¶ Ad illud qđ obijcit̄ ꝙ vox in hoīe est ꝓpor
cionabilis verbo interiori siue significato. dđm ꝙ h̄
intelligit̄ de nominatione que totam rei significatio/
nem includit. aliter non habet veritatem. nisi intelli
gatur esse ꝓportio ad rem sub ratione cognoscibilis.
et sic pōt esse nomīabilis. q̄ȝuis enī deus sit infinitus
10 tamen finite cognoscit̄ a nobis. ¶ Ad illud qđ obīj/
citur ꝙ deus non habet formā. dđm ꝙ non habet for
mā ꝑuiam nostro intellectui. cuiusmodi est forma cu
ius est imago in sensu. habet tamen formā. quia ipse
est forma que est ratio cognoscendi. quoniā et si nos
non cognoscimus in se. ip̄e cognoscit se in se. et nos
eum in forma creata. Unde a forma creata nos noīa
11 imponimus quā intelligimus ⁊ videmus. ¶ Ad il
lud quod obijcit̄. ꝙ nomen significat substantiam et
qualitatē. dđm ꝙ substantia ⁊ qualitas non accipi/
untur ꝓprie sed cōmuniter. prout substantia dicit̄ qđ
cognoscit̄. qualitas dicit̄ quo cognoscit̄. ⁊ hoc ꝑ mo/
dum quietis. et hoc dico ꝓpter verbum. ⁊ ꝑticipiū.
⁊ aduerbiū qđ est dispositio verbi. ⁊ q̄m in creaturis
vt plurimū differt qđ cognoscitur ⁊ quo. ideo nomē
in creaturis vt plurimū hoc importat ꝑ diuersitatē.
In deo vero idem est cognitum et ratio cognoscendi
quantum est de se. ideo significat nomen diuinū illa
duo ꝑ differentiā rei ⁊ ita saluat̄ ibi ratio substantie
et qualitatis vt cōgruit nomini.

¶ Questio. II. b

Utrum deus habeat vnum solum nomen an plura.
Et ꝙ plura. videt̄ autoritate scripture que ipsum di
uersis nominibus appellat. Exo. iij. Nomen meuȝ
magnum adonay nō indicaui eis. Exo. xv. Omnipo
tens nomen eius. Et ps̄. Dominus nomē illi. Si er
go ista sunt diuersa nomīa. patet autoritate scriptu
re ꝙ deus habet plura nomina. ¶ Item dyo. in libro
de diuinis no. plura assignat nomina dei. et Ambro.
similiter in libro de trini. et magister similiter in litte
ra. ¶ Item hoc ip̄m ratione vr̄. q2 nullū nomē suffici
enter exprimit esse diuinū. nec in se. nec in comꝑatio
ne ad intellectū. Qđ patet. q2 oīs ꝑfectio ⁊ est ⁊ ītel/
ligit̄ esse in deo. ⁊ nullū nomē exprimit oīs ꝯditionis
ꝑfectionē. ergo cū nō possit fieri ꝑ vnū. indigemus plu
ribus. ¶ Item illud in quo res cōueniunt ⁊ in q̊ diffe/
runt aut necesse est pluribus modis dicere. aut neces
se est vnū equiuocari. Sed equiuocatio generat am/
biguitatem ⁊ tollenda est. ergo cōgruū est diuersis exp̄/
mere nominibus. cū ergo in diuinis sit cōe ⁊ ꝓpriuȝ. ⁊ h̄
in pluribus. necesse est plura nomina esse. ¶ Itē q̄ȝ/
uis sit veritas vna. tn̄ articuli fidei sunt multi si ergo fi/
des de deo multos articulos credit. ⁊ qđ corde credi/
tur ad iusticiam. oportet ore cōfiteri ad salutem. mul
tos potest ⁊ debet articulos ore cōfiteri. sed multi ar/
ticuli vno nomine non expresse ⁊ explicite exp̄mun/
tur. ergo oportet habere plura nomina. ¶ Cōtra. hy
la. nō sermoni res sed rei sermo est subiectus. ergo cū in
deo sit oīmoda realis vnitas. ergo ⁊ vocis ⁊ noīs. ¶ Itē
oē qđ est in deo est de9. ergo qđ significat aliq̄d qđ est in
deo est de9. sȝ de9 vnus ē. ergo oīa diuīa noīa habēt vnuȝ
significatū. sed oīa talia sunt synonima. noīb9 aūt sy/
nonimis nō pl9 dr̄ pluribus q̄ȝ vno. ergo vr̄ ꝙ omīa alia
ab vno nō sint necc̄aria. ¶ Itē multiplicatio diuinoꝝ
noīm. aut venit a ꝑte rei. aut a ꝑte intellectuū. aut a
ꝑte effectuū. Si a ꝑte rei. tunc bonitas ⁊ veritas non
sunt noīa diuersa. quia res omnino vna. Si a parte
effectuum. tunc ergo vnitas ⁊ eternitas non sunt di/
uersa. cum non connotent effectum. Si a parte intel
lectuū solum. ergo videt̄ ꝙ hmōi nomina cassa sint ⁊
vana. cum non habeant aliquid correspondens in re
¶ Item in scriptura nomen dei singulariter propo/
nit̄ siue addit̄ vni. vt cum dicit̄. Dominus nomen illi.
Siue pluribus. vt cum dicit̄. In nomine patris et fi
lij et sp̄ūssancti. ergo cum eadem sit ratio rei ⁊ vnius
rei. ⁊ nominis ⁊ vnius nominis. ergo deus tm̄ vnuȝ
habet nomen. ¶ R°. dđm ꝙ in nomine tria sunt. sc3
vox. ⁊ significatio. ⁊ ratio innotescendi. Unde et no/
men multipliciter accipit̄. Aliquando ꝓ voce signi/
ficante. vt cum dicit̄. petrus est nomen apostoli. ⁊ sic
constat ꝙ in deo sunt plura nomina. Aliquando no
men accipitur pro re significata. vt cum dicit̄. bonū
⁊ honestum sunt idem nomine. et sic in diuinis quo/
dammodo est dicere. nomen vnū. quodāmodo plu/
ra. Si enim res significata dicatur essentialiter. sic
omnia vnū. Si ꝑsonaliter. sic plures. et plura nomi
na correspondentia. Aliquando nomen accipit̄ pro/
ipso notamine siue ratione innotescendi. ⁊ sic dicen
dum quodāmodo nomen vnū. quodāmodo plura.
Si em̄ accipit̄ rō innotescēdi ex parte dei. sic innote/
scit per virtutem que vna ⁊ magna est. et sic vnū no/
men dei est. ⁊ magnum siue maximū. Unde Hiere. x.
Magnus in re ⁊ magnum nomen tuum. i. q̄ȝtuȝ ad
rōnem innotescendi siue virtutē ꝑ quam innotescit.
s̄m ꝙ dicit̄ in ps̄. Notus in iudea deus. in israel ma/
gnū nomen eius. Si aūt accipiat̄ ratio innotescendi
ratione effectuum siue creaturaꝝ. sic diuersa sunt no
mina. Nam deus innotescit nobis temporaliter. s. ꝑ
causalitatem. per ablationem. et per excellentiam. et
s̄m hoc est multitudo nominum. Si enim nominet̄
ꝑ causalitatem. multa sunt nomina. q2 multos habȝ
effectus. Si ꝑ ablationem. multa sunt noīa. q2 multa

remouentur·scʒ oĩa creata·Si per excellentiã·mul
ta·quia in multis·in omnib⁊ scʒ conditionibus nobi/
litatis excedit creaturas·¶Ex p̄dictis patet obiecta·
13 Q͛ eñ obijcit ꝙ scriptura nomen dei exprimit singula
riter·Dicendũ ꝙ scriptura vt plurimũ nomen dei p̄di
cat magnũ·admirabile·sanctũ·⁊ laudabile·⁊ sic nõ lo
quitur de nomine ẜm ꝙ vox·sed ẜm ꝙ rõ innotescendi
a parte dei·⁊ sic vnum·tamẽ nõ sequit̃·loquit̃ singula
riter·ergo vnũ solũ·quia freq̄ter qđ dicit̃ singulari
ter dicit̃ ⁊ vniuersaliter·vt patet in multis exemplis
in lege cum dicebat̃·homo de israel vel homo qui fece
rit hoc vel illud·intelligebat̃ de quolibet hoĩe·¶Ad il
lud qđ obijcitur·ꝙ pluralitas a parte rei est·dicendũ
ꝙ pluralitas a parte rei est·vt accipiat̃ res pro ꝑsona
Si aũt p natura·⁊ sic si nõ sit pluralitas ĩ se·tñ inq̄ʒ/
14 tum innotescit·Et ideo plura nomĩa·¶Ad illud qđ
obijcitur·ꝙ noĩa talia sunt sinonima·dđm ꝙ tũc sunt
sinonima cũ dicunt̃ a ꝑte vocis solũ·Hic aũt est diffe
rentia ẜm rationem innotescẽdi·⁊ ideo non sinonima
Alia ratio dicta fuit supra·dis·viij·ĩ p̄mo ꝓbleumate
15 ¶Ad illud qđ obijcitur·ꝙ si venit a ꝑte intelligẽdi so
lum·ergo talia nomina sunt vana·dđm·ꝙ non venit
ab h̄ solũ·q̃m illi ratõni innotescẽdi·respõdet plurali
tas in creaturis·⁊ in deo respondet vera veritas com
plectens illã totã pluralitatẽ·vnde quia intelligim⁹
dei potentiã ⁊ sapientiã ꝑ diuersa·diuersimode nomi
namus·⁊ quia in deo vera est sapientia ⁊ potentia·iđ
non est ibi vanitas·

¶Questio III c

Utrũ oĩa nomina diuina dicant̃ translatiue·an etiã q̄
dam dicant̃ proprie·Et ꝙ omnia dicant̃ translatiue·
videt̃·In regulis fidei dicit̃·oẽ simplex ꝓprie est ⁊ i/
proprie dicit̃·sed qđ impropꝛe dicit̃·improprie nomi
natur·cũ ergo deus sit simplex·nominat̃ improprie·sʒ
improprietas reducit̃ ad proprietatẽ·ḡ nomina diui/
na de deo dicunt̃ impropꝛe·de alijs ꝓprie·sed qđ dicit̃ de
aliquo impropꝛe·dicit̃ translatiue·si de alio ꝓprie·ḡ ⁊c̃·
16 ¶Item vnũquodq̄ʒ sicut cõtingit intelligere·contin
git ⁊ significare·sed nõ cõtingit deum intelligi nisi per
ꝓprietates ⁊ cõditiones creaturaꝝ·ḡ nec nominare·sʒ
qđ nominat̃ ẜm alienas ꝓprietates semꝑ trãslatiue no
minat̃·ḡ ⁊c̃·¶Itẽ nõ est nisi duplex theologia·s·my/
stica ⁊ symbolica ẜm ꝙ vult Diony·sʒ vtraq̄ʒ deum no
minat translatiue·Nã mystica ꝑ creaturas spiritua/
les ⁊ inuisibiles sed symbolica per corꝑales·ergo om
nis nominatio dei translatiue est·¶Itẽ omne nomẽ
diuinũ est impositũ ꝓpter nostrã instructionẽ·sʒ oĩs
nostra doctrina incipit a sensu·ergo omne nomen dei
accipit̃ ẜm aliquod sensibile·sed in deo nulla est ꝓprie/
tas sensibilis ẜm veritatẽ·sed solũ trãslatiue·ergo ⁊c̃·
¶Contra hoc dicit ap̄l's Eph·iiij·loquẽs đ deo quo
omnis paternitas in celo ⁊ in terra nominat̃·sed si pa
ternitas in terris nominat̃ a paternitate dei·ergo de⁹
ꝓprius ⁊ principalius đ pater q̄ʒ alia·non ergo trans/
latiue·Hoc ipsum dicit Dio·⁊ Dam̃·innitentes huic
autoritati ap̄li·Inquit eñ Dam̃·Sciendũ ꝙ non est
a nobis translatũ ad beatã deitatẽ paternitatis ⁊ filia/
tionis ⁊ ꝓcessionis nomẽ·sicut ait diuinus apostol⁹·
ex quo oĩs paternitas·ḡ ⁊c̃·¶Item beat⁹ Ambro·
dicit ⁊ habet̃ in lr̃a·ꝙ triplex est nominũ diuinoꝝ dif/
ferentia·⁊ vna ex illis sunt nomina translatiua·non ḡ
omnia dicunt̃ translatiue·¶Itẽ quedã dicunt̃ de deo
que habẽt oppositũ in omni creatura·vt eternitas ⁊ i/
mẽsitas·sed nullũ trãslatiuũ attẽdit̃ ẜm aliquã simili/
tudinem·ergo talia nomina nõ sunt translatiua·¶Itẽ
quedam dicunt̃ de deo quoꝝ significatũ est proprie in
solo deo·vt hoc nomẽ bonũ·⁊ qui est·Math·xix·Ne
mo bonus nisi solus deus·Et Aug⁹·dicit ꝙ sol⁹ deus
vere est cui⁹ cõparatione cetera nõ sunt·¶R̃o·ad hoc
voluerunt quidã dicere ꝙ quedã sunt nomina que de 17
us sibi imposuit·quedã que nos ei imposuimus·Si
loquamur de nominib⁊ que deus sibi imposuit·cũ ip̄e
se ꝓprie intelligat·hmõi nomina sunt propria·et talia
dicunt̃ esse bonum·et qui est·Unde Diony·videt̃ vel
le ꝙ illud nomen bonũ solũ sit ꝓpriũ ⁊ p̄ncipale·Dam̃·
ꝙ illud nomen·qui est·solũ est propriũ ⁊ principale·⁊
vnus attendit in nomine ꝑfectionẽ·alter absolutionẽ
vterq̄ʒ tamen ꝓprietatẽ·Si aũt loquamur de nomini/
bus que nos ei imposuim⁹·sic cũ nos nõ cognoscam⁹
deum nisi ꝑ creaturas·nõ cũ nominam⁹ nisi ꝑ nomĩa
creaturaꝝ·ideo solum translatiue·siue quia proprius
⁊ prius conueniũt creature·siue quia prius imposita
sunt creature·q̄ʒuis nõ proprius cõueniant creature·
⁊ hec est translatio quedã·q̄ʒuis proprie loquendo sit
translatio·quando prius conueniũt his a quib⁊ trans
feruntur·vt ridere hominib⁊ ꝓprius q̄ʒ pratis·Sʒ hec
positio non videt̃ stare·Cum eñ nos cognoscam⁹ deũ
tripliciter·s·per effectũ·per excellentiã·et ꝑ ablationẽ
constat ꝙ omnib⁊ his modis contingit deũ nominare
Si per effectum·nulla est ibi translatio·¶Pariformit̃
si per excellentiã·Similiter si per ablationẽ·quoniaʒ
translatio attendit̃ ẜm aliquã similitudinẽ·Oẽs eñ
transferentes·ẜm aliquã similitudinẽ transferunt·Et
propterea aliter dicendũ·ꝙ quedaʒ sunt nomina que 18
significant rem·cui⁹ veritas est in deo·et oppositum ĩ
creatura·vt immensus ⁊ eternus·⁊ talia·nullo modo
transferuntur·nec ẜm rem·nec ẜm impositionẽ·Que
dam significant rem cui⁹ veritas est in deo·et similitu
do eius in creatura·vt potentia·sapientia·⁊ volũtas·
⁊ talia nomina transfernnt̃ a creaturis ad deum·non
ẜm rem·sed ẜm impositionẽ·quia prius imposita sũt
creaturis q̄ʒ deo·licet prius sint in deo·Quedam sunt
nomina que significant rem cui⁹ veritas est in creatu
ra·⁊ cõsimilis proprietas in deo·vt lapis ⁊ leo·res ei
significata est in creatura·sed similitudo proprietatis
vt stabilitas ⁊ fortitudo est in deo·et ista sunt proprie
translatiua·Concedendũ ergo ꝙ in diuinis sunt aliq̄
nomina translatiua non omnia·¶Ad illud ergo qđ 19
obijcitur ꝙ simplex improprie dicit̃·dicendũ ꝙ dicere
ibi non est nominare sed enunciare·quia in simplici ñ
est compositio in essendo·sed cõpositio est in enunci/
ando·⁊ ideo improprie nõ sic in nominando·vel dic·
ꝙ non omne dictũ improprie est dictum translatiue·
¶Ad illud quod obijcitur ꝙ solum ꝑ creaturas intel 20
ligitur·dicendũ ꝙ q̄ʒuis intelligatur solũ per creatu/
ras·non tamen solũ per similitudinẽ·imo per negati
onem ⁊ dissimilitudinẽ est cognoscibilis·¶Ad illud 21
quod obijcitur ꝙ symbolica ⁊ mystica theologia nomi
nant deum translatiue·dicendũ ꝙ q̄ʒuis mystica nomi
net deũ translatiue·q̄ʒtum ad proprietates excellentie
non tamen solũ sic nominat·sed etiãm per abnegatio 22
nem·⁊ ideo non solum translatiue·¶Ad illud quod
obijcitur ꝙ omnis nostra doctrina incipit a sensu·di/
cendum ꝙ verum est·ꝙ omne nomen habet aliquid
sensibile ẜm vocem vt audiatur·sed non oportet ꝙ ha
beat sensibilem significationẽ·qua verbum intelligen
tie qđ est insensibile induit vocem sensibilem·

¶Questio q̃rta ⁊ vltima d

Utrum omnia nomina dicta de deo dicantur fm sub/
stantiam. Et ꝙ non. immo aliter. ostenditur autorita
te Augustini q̄nto de trinitate. Jllud precipue tenea/
mus. q̄cquid ad se dicit̄. prestantissima illa et diuina
sublimitas substantialiter dicit̄. quod autē dicitur ad
aliud. non substātialiter sed relatiue dicitur. Sed pa
ter ⁊ filius dicit̄ ad aliud. ergo ⁊c. ¶ Jtem Boetius ī
libro de trinitate. Deus est sine quantitate magnus. si
ne qualitate bonus. sed non est sine relatione relatus
ergo relatio vere ⁊ proprie manet in deo. ergo ⁊ mod⁹
dicendi relatiue. ¶ Jtem hoc ipsum videt̄ ratione. q2
in diuinitate sunt aliqua nomīa incōmunicabilia. vt
patet in omnibꝫ personalibus. sed substantia est com
municabilis cū sit vna in tribus. ergo talia noīa non
indicant substantiā. ergo in diuinis est alius modus
dicendi q̄ꝫ fm substantiā. ¶ Jtem in diuinis est alio ⁊
alio modo se habere. quia aliter se habet ad patrem fi/
lius q̄ꝫ spiritussanctus. sed non est aliud ⁊ aliud esse
siue subsistere. ergo cum hoc cōtingat intelligere. ⁊ in
tellectū dicere. necesse est ꝙ sit ibi alius modus dicen/
a di ⁊ intelligendi q̄ꝫ fm substantiā. ergo ⁊c. Cōtra. om
ne quod dicit̄. aut dicit̄ fm substantiam. aut fm acci/
dens. quia substantia ⁊ accidens sufficienter diuidūt
ens sed in diuinis nihil dicit̄ fm accidēs. ergo fm sub
b stantiam ¶ Jtem omne quod dicit̄. aut dicitur per se
aut non per se. si per se tunc fm substantiā. si non ꝑ se.
tunc ergo per aliud. ⁊ in alio. sed omnia que dicuntur
de deo dicūtur per se. ergo omnia dicuntur fm substā
c tiam. ¶ Jtem dici fm substantiā. aut fm relationem
aut dicit diuersitatem a parte rei. aut a parte modi in
telligendi siue modi dicendi. Si a parte rei. ergo ī deo
est diuersitas ⁊ compositio. Si a parte modi dicendi
tunc cum diuersus sit modus dicendi. in hoc ꝙ est bo
nus. ⁊ in hoc ꝙ est magnus. ⁊ in hoc ꝙ est deus. quia
si queratur quantus est deus: respondetur magn⁹. nō
respondetur bonus. Similiter si queratur qualis est
deus. respondetur bonus. non magnus. ergo non tm̄
d essent duo modi. sed etiā multo plures q̄ꝫ duo. ¶ Jteꝫ
quod respondet̄ ad questionē factaꝫ per quid dicitur
fm substantiam. ⁊ quantū ad rem. ⁊ quantum ad mo/
dum. sed nomina relatiua respondent̄ ad questionem
factam per quid de deo. ergo dicuntur fm substantiā.
Probatio maioris. Augu. in libro de doctrina christi/
ana. Si queratur. quid est deus. conueniēter respon/
e detur pater ⁊ filius ⁊ spūssanctus ¶ Jtem cum quedā
sint in diuinis que non dicuntur fm substantiam sed
nec fm relationē. vt hoc nomē incarnatus. hoc nomē
ingenitus. videtur ꝙ ista diuisio non complectit̄ om
nia nomina diuina. ¶ Rº. ad predictoꝝ intelligenti/
23 am est notandū. ꝙ est dici diuersimode fm triplicem
differentiā. Uno modo dici diuersimode attenditur
fm diuersum modum essendi qui est per se ⁊ per acci/
dens. ⁊ hoc quidem modo non est dici diuersimode ī
diuinis. quia ista diuersitas modi. ponit diuersitatē
essentialem in re dicta. ⁊ quantū ad hoc vnus sol⁹ mo
dus dicendi est in deo. Nam omnia que dicuntur de
deo. sunt ipse deus ⁊ eius substantia. Alio modo dici
diuersimode est fm diuersum modū intelligendi. qui
quidem attendit̄ fm aliam ⁊ aliā rationem siue modū
cognoscendi. ⁊ sic non tm̄ est dici diuersimode in no/
minibus diuinis. īmo omnimode. quia deus non tm̄
cognoscitur per diuersa. īmo per omnia rerum gene/
ra. ⁊ sic nomina dicta de deo quedam dicuntur ꝑ mo/
dum substantie. vt deus. quedam per modum quan/
titatis. vt bonus. ⁊ sic de alijs omnibus. Tertio mo/
do dici diuersimode est fm diuersum modum se habē/
di. quod quidē attendit̄ quantū ad absolutum. et ad
comparatū siue relatum. ⁊ hic quidē modus diuersi/
tatis minor est q̄ꝫ primus. ⁊ maior q̄ꝫ secundus. Mi/
nor q̄ꝫ primus. quia fm primū attendit̄ diuersitas es/
sentialis ⁊ compositio. Maior q̄ꝫ secundus. quia fm
illum nulla omnino attenditur ī re distinctio. Scdm
autem istum modū attenditur in eo vnitas ⁊ plurali
tas. vnitas fm absolutum. pluralitas fm respectum
⁊ quantū ad hunc modum solū sunt duo modi dicen
di. scilicet fm substantiā ad se. et fm relationem. vt il
la que dicuntur ad aliquid. Quia vero non dicūt ali
um modum essendi. ideo hec predicantur de illis. ⁊ sūt
vnum. Et quia dicunt alium modum se habēdi. ideo
fm hoc vnitas. fm illa pluralitas. Ex his patent ob
tecta. ¶ Ex enim obijcitur. ꝙ omne quod dicitur. di 24 a
citur fm substantiā vel fm accidens. dicendum ꝙ in
diuinis habet instantiam. vbi relatio non est accidēs
nec tamen dicit̄ fm substantiam. ¶ Ad illud qđ obij 25 b
citur secundo. ꝙ omne quod dicitur in diuinis ē ens
per se. dicendū ꝙ verum est. sed tamen non sequitur.
dicitur vt ens per se. ergo fm substantiaꝫ. quia nō di
citur nomen dici fm substantiam vt substantia dici/
tur per se. sed vt dicitur ad se. ¶ Ad illud quod obijci c
tur qualis sit hec diuersitas. aut fm rem aut fm mo/
dum intelligendi. dicendū ꝙ fm modum se habendi.
qui non tantū est in nostro intellectu. sed etiam in re.
¶ Ad illud quod obijcitur quarto. ꝙ nomina relati/ 26 d
ua respondētur ad interrogationem factam de substā
tia. dicendum ꝙ substātia dicitur dupliciter. aut ens
per se. aut ad se. Si vt ens per se. tunc omnia et rela/
tiua ⁊ absoluta dicunt in deo substantiam. et quia hō
modo substantia respondetur ad questionē factam ꝑ
quid. ideo omnia possunt responderi. Si autem dica
tur substantia vt ens absolutum non comparatuꝫ. sic
dicitur fm substantiam quod dicitur ad se. ⁊ sic acci/
pit Augustin⁹. ⁊ sic pater ⁊ filius ⁊ relatiua fm sub
stantiam non dicuntur. ¶ Ad illud quod vltimo ob e
ijcitur. ꝙ multa dicuntur de deo que non dicuntur fm
substantiam. nec fm relationem. dicendū. ꝙ dici rela
tiue in diuinis potest esse dupliciter. Quedam em̄ no 27
mina dicūtur relatiue ex principali nominis intelle
ctu. quedam ex consequenti. Prima differentia diui/
ditur in tres. Quia quedam significant relationem ⁊
dicuntur relatiue. vt pater. quedam significant rela/
tionem vt paternitas. que non dicitur ad alterum. sꝫ
est ipsum quo alterum refertur. quedam dicuntur re
latiue. quia priuant relationem. vt ingenitus. inpro/
cessibilis. tamen ista non est priuatio pura. vt infra
videbitur. Que autem important relationem ex con
sequenti intellectu. similiter sunt fm triplicem diffe/
rentiam. Quedam enim dicuntur dici relatiue. quia
ponuntur pro relatiuis. vt cum dicitur. deus generat
deum. id est. pater filium. Quedam dicuntur relatiue
quia claudunt in suo significato interius relationem
vt cum dicitur incarnatus. sensus em̄ est. id est. carni
vnitus. vnio enim dicit relationem. que singularem
personam respicit siue assumere carnem ⁊ huiusmo/
di. Quedam dicuntur relatiue. quia claudunt relati/
onem in suppositis. vt similis ⁊ equalis. non em̄ sunt
similes. nisi qui referunt̄ ⁊ distinguunt̄.

¶ Dist. xxiij. de substantialibus nominibus diuinis in speciali.

Predictis adijciendū est q̄ cū oīa noīa que ſm subam ꝛc. Supra egit mgr̄ de diuersitate diuinoꝝ nominū in generali. Hic incipit secūda ps in qua agit de eadē in speciali. Et qm̄ quedā sunt noīa substātialia. q̄/dam relatiua. ꝛ hec ɔtigit ɔsiderare absolute. ꝛ ad se. iō hec ps habet tres ptes. In pma agit de noīb⁹ substantialib⁹. In scđa de relatiuis. infra. di. xxvj. Nūc de ꝓprietatib⁹ psonaꝝ quas frequēter ꝛc. In tertia de his re/latiuis ad inuicē. j. di. xxxiij. post supradicta interi⁹ ɔsiderari. Et qm̄ inter noīa substātialia hoc nomē psona ex/cipit a generali regula. que est q̄ substātiale dr̄ de trib⁹ singulariter. ideo nomē istud pmo a generali regula exci/pit. oñdens q̄ debem⁹ dicere tres psonas. ꝛ h̄ in pñti distinctōe. Secūdo v̄o determinat q̄d significet p h̄ nomen tres. ꝛ p hoc nomē psonas. cū dicim⁹ tres psonas. j. di. prima. ibi. Hic diligēter inquiri oportet. ¶ Prima ps habet q̄ttuor. In pma magister illud nomē excipit a generali regula. In scđa rationē hui⁹ exceptiōis inuestigat. ibi. Ideo oꝛit hic q̄stio difficilis. oñdens q̄ fuit inopia humani eloquij. In tertia mgr̄ ɔtra assignationē opponit ꝛ determinat. ibi. Sȝ querit cū dicam⁹ patrē ꝛ filiū ꝛ. ss. In quarta epilogat determiata vt addat. ibi. Jam suffi/cienter vt puto oñsum est. Haꝝ partiū subdiuisiones p se patēt.

DI. XXIII

Excipit hoc nomē psona a generali regula q̄ est q̄ subale dr̄ de trib⁹ singulariter

Quia cū illud ſm subam dicat. tñ plalit' nō singularit' in sūma accipit. a

Predictis adijciendū est. q̄ cū oīa noīa q̄ ſm subam de deo dicunt singulariter ꝛ nō pluraliter de oibus in summa dicant psonis. vt supra oñsum est. Est tñ vnū nomē. s. psona. q̄d ſm subam dr̄ de singulis psonis. et pluraliter ꝛ nō singularit' in summa accipit. Dicim⁹ em̄. pater est psona. fili⁹ est psona. spūssanct⁹ est psona. ꝛ hoc ſm subam dicit. Nec tñ dr̄ pr̄ ꝛ fili⁹ ꝛ spiritussanct⁹ sunt vna psona. ſꝫ tres psone. Hoc ẽ nomē excipit a p̄dicta regula nominuȝ q̄ ſm subam de deo dicunt. q2 cū hoc ad se dicat. ꝛ ſm subam. pluraliter tñ nō singulariter in summa accipitur.

¶ Autoritas q̄ psona ad se dicat. ꝛ ſm substantiam. b

Aug⁹. Q2 aūt psona ſm subam dicat Aug⁹. oñdit in. vij. li. de tri. dicēs. Nō est aliō deo esse. aliud psona esse. ſꝫ oīno idē. Itē in hac trinitate cū dicim⁹ psonā patris. non aliud dicim⁹ q̄ subam pr̄is. Quocirca. vt suba patris ipe pater est. nō quo pr̄ est. ſꝫ quo est. Ita ꝛ psona pr̄is nō aliud q̄ ipe pr̄ est. Ad se q̄ppē dr̄ psona. nō ad filium vel spm̄scm̄. sicut ad se de⁹ dr̄. ꝛ magn⁹. ꝛ bon⁹. ꝛ iust⁹. ꝛ h⁹oi. Et queadmodū h̄ illi est esse. q̄d deū esse. q̄d magnū esse. q̄d bonū esse. ita hoc est illi esse q̄d psonaȝ esse. Ecce expsse habes q̄ psona ſm subam dr̄. vt cū dicit. pr̄ est psona. hic sit sen=sus. pr̄ est diuia essentia. Silr̄ cū dr̄ fili⁹ est psona. spūssanct⁹ ē psona. id est. essentia diuina.

Q2 pater ē nō eo quo ē pater. sed quo est.

¶ Exceptiōis rationē inquirit. ostendēs cur pater ꝛ fili⁹ ꝛ spūssanctus nō dicantur vna persona. sicut vna suba ꝛ vnus deus. c

Ratio iam di/cte exceptiōis ē inopia huma/ni eloquij

Ideo oꝛit hic questiō difficilis quidē. ſꝫ nō inutilis. qua querit. Cur nō dicatur hi tres vna psona sicut vna essentia. ꝛ vn⁹ de⁹? Quā questionē Aug⁹. diligēter tractat atq̄ ɔgrue explicat in. vij. li. de tri. ita dicēs. Cur nō hec tria simul vnam psonam dicim⁹. sicut vnā essentiā. ꝛ vnū deū. ſꝫ dicimus tres psonas. cū tñ tres deos aut tres essentias nō dicam⁹. Quia volum⁹ vel vnū aliq̄d vocabulū huic significatiōi qua intelligit trinitas. ne oīno taceremus interrogati. q̄d tres essent cū tres esse fateamur. Cū ergo q̄rit q̄d tres. vt ait Aug⁹. in. v. lib. de tri. Magna prsus inopia humanū laborat eloquiū. dictū est tñ tres psone nō vt illud diceret ſꝫ ne taceret oīnō. Non em̄ rei ineffabilis eminētia hoc vocabulo explicari valet. Ecce oñdit qua necessitate dicat pluralit' psone. videlicet vt h̄ vno noīe querentibus de tribus respondeamus.

Aug⁹.

¶ Qua necessitate dictum sit tres persone a latinis. ꝛ a grecis tres hypostases vel substantie. d

Aug⁹. ¶ Qua necessitate non solum a latinis sermo sed etiam grecus eadem pene super hac re laborans nominū penuria coartatur. Unde Augustinus. quid a grecis vel latinis necessitate de ineffabili trinitate dictum sit. aperiens in. vij. libro de trinitate ait. loquendi causa de ineffabilibus. vt fari aliquo modo possemus.

dictū est a grecis· vna essentia· tres substantie· id est[a] vna a
vsia· tres hypostases· Aliter em̄ greci accipiūt subām q̄ꝫ la
tini· A latinis aūt dictū est vna essentia vel substātia· tres
psone· q₂ non aliter in sermone nr̄o· id est· latino· essentia
q̄ꝫ substātia solet intelligi· Et vt intelligaꝛ saltē in enigma
te· placuit ita dici· vt cū quereretꝛ q̄d tria sint· aliq̄d dicere
tur. q̄ tria esse fides vera pnūciat· Cū ꝛ patrē nō dicit esse
filiū· ꝛ spm̄sctm̄ scꝫ donū dei nec patrē dicit esse nec filium·
Cū ergo queritꝛ q̄d tria vel q̄d tres· cōferim⁹ nos ad inue
niendū aliq̄d nomen q̄ cōplectamur hec tria· Neq₃ occur
rit animo· quia supeminētia diuinitatis vsitati eloquij fa
cultatē excedit·[b] verius em̄ cogitatur deus q̄ꝫ dicitur· ꝛ ve b
rius est q̄ꝫ cogitatur·

Quid hoc nomine tres significetur· e

Pater ergo ꝛ fili⁹ ꝛ spiritussanctus· scꝫ qm̄ tres sunt· quid
tres sunt queram⁹ ꝛ quid cōmune habeāt? Nō ei possunt
dici tres patres· q₂ tm̄ pater ibi pater est· nec tres filij· cum
nec pater ibi sit fili⁹· nec spūssanct⁹· nec tres spiritussancti
quia spūssanct⁹ ppria significatiōe qua ꝛ donū dei dicitur·
nec pater est nec fili⁹· Quid ḡ tres? Si tres psone esse dicū
tur· cōmune est eis id q̄d psona est· Certe em̄ quia pr̄ est p
sona· ꝛ fili⁹ est psona· ꝛ spūssanctus· ideo tres psone dicun
tur· pptere a ergo dicim⁹ tres psonas· quia cōmune est eis
id quod psona est· Ex p̄dictis aperte intelligi potest: q̄
necessitate dictū sit a latinis tres psone· cū psona ſm̄ sub
stantiā dicatꝛ· Unde ꝛ tribus cōmune est id q̄d psona est·
id est· hoc nomen persona·

Exponit ꝛ determinat q̄re nō dicim⁹ tres deos esse pa
trem ꝛ filiū ꝛ spm̄sanctū· vt dicim⁹ tres psonas· f

Sed queritꝛ hic cum dicam⁹ patrē ꝛ filiū ꝛ spm̄sanctuꝫ esse
tres psonas· quia cōmune est eis q̄d psona est· id est· q₂ pa
ter est psona· ꝛ filius est psona· ꝛ spūssanctus est psona· cur
nō dicamus similiter tres deos· cū ꝛ pater sit de⁹· ꝛ fili⁹ sit
deus· ꝛ spūssanct⁹ sit de⁹· Quia scꝫ illud scriptura cōtradi
cit· hoc aūt ꝛ si nō dicit· nō tn̄ cōtradicit· Uñ Aug⁹· hāc mo
uens questionē atq₃ diffiniēs in li· vij· de tri· ita ait· Si ideo
dicimus patrē ꝛ filiū ꝛ spiritumsanctū esse tres personas·
quia cōmune est eis id q̄d psona est· cur nō etiā tres deos
dicim⁹? Certe vt p̄dictū est· quia pater est psona· ꝛ filius est
psona· ꝛ spūssanct⁹ est psona· ideo tres persone dicuntur·
Quia ḡ pater est deus· ꝛ fili⁹ de⁹· ꝛ spūssanctus de⁹· cur nō
dicantꝛ tres dij· Ecce pposuit hāc q̄stionē· attēde q̄d respō
deat subdēs· an ideo nō dicuntꝛ tres dij· q₂ scriptura nō dicit
tres deos· Sed nec psonas alicui scripture text⁹ cōmemo
rat·[c] An ideo licuit loquendi disputādi ue necessitate tres c
psonas dicere· non quia scriptura dicit· sed quia scriptura
non ꝯtradicit· Si aūt diceremus tres deos: cōtradiceret
scriptura dicens· Audi israel· deus tu⁹ de⁹ vnus est· Ecce Deuꝛ· vj·
absolutio questionis· quare potius dicam⁹ tres personas

1 a Una vsia· tres hy
postases· videtꝛ h̄ esse
ꝯtra id q̄d dicit Hiero·
Tacam⁹ tres hypo/
stases· nō bone suppositionis nomē est· igitꝛ n̄
debet dici· Preterea vi
detur q̄ nomē hyposta
sis nullo mō d₃ recipi
vel nomē vsia· q₂ Boe
tius dicit sup li· p̄dica/
mentoꝝ q̄ hypostasis
est materia· vsiosis for
ma· vsia cōpositū sꝫ in
diuinis nō recipitꝛ ma
teria nec cōpositū· igitꝛ
ꝛc· R̄o· dōm· q̄ Hiero
nym⁹ nō dicit nō tres eē
hypostases· q₂ falsum
esset vel erroneū· sꝫ q₂
nomē erat insuetum ꝛ
videbatꝛ sonare idē q̄d
suba· ꝛ suba ſm̄ cōmu/
nem acceptionē nō d₃
pluralitꝛ de psonis· ꝛ iō
volebat tunc tacere ne
heretici acciperent oc
casionem malignandi
Nūc aūt illud nomen
specificatū est ꝛ exp̄ssū
iō mō ꝯceditꝛ· Ad illō
q̄d obijcitꝛ scđo· dōm·
q̄ hmōi noīa alitꝛ acci/
piuntꝛ in phīa· aliter in
rethorica· ꝛ h̄ p₃ p boe
tiū q̄ alitꝛ accipit loq̄ns
vt phs· alitꝛ loquēs vt
theolog⁹ in li· de duab⁹
naturꝭ ꝛ vna persona
christi·
b Ueri⁹ em̄ cogitatꝛ
de⁹ q̄ꝫ dr· videtꝛ falsum·
q₂ oīs fidelꝭ cogitat de/
um esse trinū ꝛ vnū· et
nihil ē veri⁹ isto· igitꝛ
nō est veri⁹ q̄ꝫ cogitatꝛ·
Itē videtꝛ falsū q̄ dicit
q̄ veri⁹ cogitatꝛ q̄ꝫ dica
tur· multa ei dicim⁹ q̄
nō itelligim⁹· igitꝛ plus
se extēdit v̄itas ſmōis
q̄ꝫ interioris cogitatio
nis· Itē ego dico deū
esse sūme verū· sꝫ nihil
p̄t veri⁹ cogitari· nec
esse magis summe veꝝ
igitꝛ ꝛc· R̄o· dōm· q̄ ser
mo Augꝭ· est duplex·
2 Pōt ei eē cōpatio entꝭ
ad ip₃ cogitatū· ꝛ cogi
tati ad dictū· ꝛ sic n̄ h₃ v̄itatē· q₂ vn⁹ ꝛ idē est de⁹ q̄ ē ꝛ q̄ cogitatꝛ· ꝛ q̄ dr ꝛ eq̄lis ver⁹· Pōt iteꝝ fieri cōpatio ad actuꝫ
essendi ꝛ cogitādi ꝛ loq̄ndi· ꝛ sic h₃ ſmo Aug· v̄itatē· qm̄ de⁹ i suo eē h₃ sūmā v̄itatē· cogitatio v̄o nr̄a cū sit creata
ꝛ exēplata a sūma v̄itate· n̄ p̄t eē sūme v̄a· silr̄ nec locutio· ꝛ iō min⁹ de v̄itate h₃· Et rursus cū magꝭ assimiletꝛ sūmo
vero act⁹ cogitādi interioꝛ· q̄ꝫ act⁹ loquendi exterioꝛ· magis h₃ de veritate cogitatio q̄ꝫ locutio· q₂ deo est similioꝛ·
3 Ratiōes v̄o ad oppositū pcedūt ſm̄ p̄mā viā· c An iō licuit loq̄ndi disputādi ue necessitate tres psonas di/

q̄z tres deos· qꝛ scꝫ illud nō ꝯtradicit scriptura·

¶ Cur non dicimus tres essentias vel tres personas· cuꝫ scriptura non contradicat· g

Augꝰ· Verū ⁊ hic alia emergit questio quā Augustinꝰ cōsequenter annectit dicens· Cur inquit ⁊ tres essentias non licet dicere· qđ simul scriptura sicut nōn dicit· ita non ꝯtradicit· At si dicis ꝙ ꝓpter vnitatē trinitatis nō dicunt̄ tres essentie· sed vna essentia· q̄ro· cur non ꝓpter eandem vnitateꝫ trinitatis dicat̄ vna ꝑsona ⁊ non tres ꝑsone: vt em̄ est illis cōmune nomē essentie· ita vt singulus q̄sq; dicat̄ essentia sic illis cōmune est ꝑsone vocabulū· Quid igit̄ restat· vt fateamur loquendi necessitate a grecis ⁊ latinis parta hec vocabula aduersus īsidias vl' errores hereticoꝝ· Cūq; conaretur humana inopia loquendo proferre ad hominum sensus quod in secretario mentis de deo tenet· siue per piam fidem· siue ꝑ qualēcunq; intelligentiam· timuit dicere tres essentias· ne intelligeretur in illa summa equalitate vlla diuersitas· Rursum non poterat dicere non esse tria quedam· Qđ qꝛ dixit sabelliꝰ· in heresim lapsus est· Quesiuit ergo· quid tria diceret: ⁊ dixit tres personas siue tres substantias ſm grecos·

¶ Sicut nos dicimꝰ tres ꝑsonas· ita greci tres subās· q̄s dicūt hypostases: alit̄' accipiētes subām q̄z nos· h

Quē em̄ de ꝑsonis ſm nostrā· hoc de substātijs ſm cōsuetudinem grecoꝝ oportet intelligi. Sic em̄ illi dicūt tres substantias vnā essentiā· id est· tres hypostases vnam vsiam· quēadmodū nos dicimus tres personas vnam essentiam vel substantiam· Atq; ⁊ illi si vellent sicut dicūt tres subās tres hypostases· possent dicere tres personas tria ꝓsopa· Illud aūt maluerūt dicere· quia fortasse ſm lingue sue cōsuetudinem aptius dicitur·

¶ Determinata epilogat vt addat· ꝙ in trinitate non est diuersitas nec singularitas vel solitudo· sed vnitas et trinitas ⁊ distinctio ⁊ idemptitas· i

Iam sufficiēter vt puto ostensum est· qua necessitate dicamus tres ꝑsonas· ⁊ quare nō similiter tres deos vel essentias· quia scꝫ in altero obuiat scriptura· in altero diuersitatis intelligentia· quiaᵈ ibi nulla penitus est diuersitas· sic̄ nec singularitas vel solitudo· sed vnitas ⁊ trinitas· Unde

Augꝰ· Augꝰ· in li· vij· de tri· ait· humana inopia querens quid diceret tria· dixit tres personas vel substantias· Quibꝰ nominibus nō diuersitatē voluit intelligi sed singularitatem noluit· vt non solū ibi vnitas intelligatur· ex eo ꝙ dicitur vna essentia· sed trinitas ex eo ꝙ dicuntur tres ꝑsone·

Hylarius· Joh· xiiij· Hylariꝰ quoq; in li· vij· de trinitate ait· Dominꝰ dicit· Qui me videt· videt ⁊ patrem· Cū hoc dicitur· excluditur singularitas· atq; vnici· id est· solitarij intelligentia· Nam ⁊ solitarium sermo significat· ⁊ indifferentē tamen naturam professio docet· visus est em̄ in filio pater ꝑ nature vnitam similitudinem· vnū sunt enim natus ⁊ generans· vnū sunt neq; vnus· Non itaq; solitarius filius est· nec singularis· nec dispar· Item in eodē· Sicut in patre ⁊ filio credere duos deos impium est· ita patrē ⁊ filium singularem deū predicare sacrilegum est· Nihil in his nouum· nihil diuersum

cere ⁊c̄· quia scriptura non cōtradicit· Cotra quia scriptura non cōtradicit· igit̄ licet dicere patrem filium ⁊ spiritumsanctum nō esse tres ꝑsonas· sed non licet dicere nisi veꝝ· igitur hmōi oppositū falsum· Rº· ꝙ ista non fuit tota ratio dicti· sed Augꝰ· subticet parteꝫ cause· Ratio em̄ fuit sicut ipse aperit in seq̄ntibus· quia ratio cōsonabat ⁊ scriptura non contradicebat· Naꝫ si scriptura contradiceret· quātumcūq; ratio dictaret non esset dicēdum· ⁊ ꝓpter hoc nō licuit dicere tres essentias· qꝛ rō nō ꝯsonabat· Quare aūt rō magis cōsonat in hoc noīe ꝑsona q̄z in hoc noīe essentia· pateꝫ si attendatur significatum vtriusq; ex verbis Augu· que magister dicit· Quare dictum est ab ecclesia tres persone· patet quia triplex fuit ratio· Prima fuit· qꝛ necessitas imminebat· Secūda quia ratō consonabat· Tertia quia scriptura in nullo contradicebat· immo etiā cōsonabat· Unde minus dicit ⁊ plus intelligit quando dicit ꝙ scriptura nō ꝯtradicit· 4

d ¶ Ibi nulla penitꝰ ē diuersitas· sicut nec singularitas· Contra quia si hoc est verum· igitur ibi est om̄is idēptitas· igitur nature ⁊ persone· Rº· dōm ꝙ facienda est vis ī verbo· Diuersitas em̄ attendit̄ q̄tum ad principia essentialia siue substātialia· qꝛ igit̄ in diuis q̄tū ad subalia· nulla cadit differētia· ideo dicit ꝙ nulla diuersitas· Jō nō sequit̄ ꝙ penitus oīno ē idēptitas· nisi addat̄ determinatō· scꝫ quo ad essentialia· ⁊ sic patet illud·

nihil alienum. nihil separabile est. De hoc etiam Aug⁹. in li. questionū veter͡ ac noue legis. Unus est de⁹ sed non singularis. Item Ambro. in li. de trinitate ait. Quod vnius est substantie. separari nō potest. ⁊ si non sit singularitatis sed vnitatis deus vnus cū dicit. nequaꝗ̄ deitatis trinitatē excludit. Et ideo non q̄d singularitatis. sed q̄d vnitatis est predicatur. Ecce ex predictis ostēditur. quia nec singularis. nec diuersus. nec vnicus vl' solitarius confitendus est deus. quia singularitas vel solitudo personarū pluralitatē excludit. ⁊ diuersitas vnitatem essentie tollit. Diuersitas inducit separationē diuinitatis. Singularitas adimit distinctionē trinitatis. Ideo Ambrosius in .j. libro de trinitate ait. Non est diuersa nec singularis equalitas. Nec iuxta sabellianos patrem filiumq; cōfundēs. Nec iuxta arrianos patrem filiumq; secernens. pater enim ⁊ filius distinctionem habent. separationē vero non habent. Item i eodem. pater ⁊ filius diuinitate vnū sunt. nec est ibi substantie differentia. nec vlla diuersitas. Alioquin quomō vnuz deum dicimus. diuersitas enim plures facit. Constat ergo ex p̄dictis. q2 in trinitate nulla est diuersitas si tamen aliqñ in scriptura inuenitur dictum tres diuerse ꝑsone. ⁊ hm̄oi. diuersas dicit distinctas. — Aug⁹. Ambro. Diuerse dicun tur aliqñ perso ne .i. distincte.

¶ Q2 non debet dici deus multiplex. k

Et sicut in trinitate non est diuersitas. ita nec multiplicitas. ⁊ ideo non est dicendus deus multiplex. sed trinus ⁊ simplex. Unde Ambrosius in primo libro d̄ trinitate ait. Est in patre ⁊ filio non discrepans. sed vna diuinitas. nec confusum quod vnum est. nec multiplex esse potest quod indifferens est. Multiplex itaq; deus non est.

AD intelligentiam eorum que dicunt̄ in presenti distinctione. de his nominibus ꝑsona. substantia ⁊ essentia. duo principaliter querunt̄. Primo queritur d̄ translatione istoꝝ nominū ad diuina. Scd̄o de numeratiōe eorūdē in diuinis. Circa primum querunt̄ tria. Primo vtꝝ ad diuina debeat trāsferri nomē ꝑsone. Secūdo vero vtꝝ nomē substantie Tertio vtrū nomen essentie. a

¶ Questio I a

Utrum debuerit transferri nomen persone ad diuina

a Et ꝙ nomen persone non debeat dici in diuinis ostēditur sic. Aug⁹. vij. de trinitate. ⁊ habetur in l'ra. Dictum est tres ꝑsone. non vt illud diceretur. sed ne taceretur. ergo videtur ꝙ solū ad fugā hereticorum ⁊ non

b s̄m veritatē ⁊ proprietatē dicatur persona in diuinis ¶ Item hoc ipsum videt̄ ratione. quia persona nominat particulare. ⁊ non quodcūq; sed rationalis nature. sed a quocūq; remouet̄ superi⁹ ⁊ inferius. ergo cuz in diuinis non sit dicere particulare simpliciter. nec

c erit dicere personā. ¶ Itē particulare rationalis creature est cōpositissimū inter omnia creata. Nam compositū est ex substantia corꝑali ⁊ spirituali. et rursus corporalis inter omnes videt̄ habere maiorem cōpositionem. ergo cū persona sit nomen particularis. et h̄ summe cōpositi. ⁊ in diuinis est summa simplicitas. patet ꝙ in diuinis non oportet dici nomen persone.

d ¶ Item vocabula nostra debent respōderi grecis vt vnitas fidei ostendatur. sed greci non vtunt̄ vocabulo prosopon in diuinis. quod est idem quod persona ergo cū ipsi proprius habeant vocabula ꝗ̄ nos et nō vtuntur. nec nos debemus vti. ¶ Contra. Persona dicitur quasi per se sonans siue per se vna. sed per se vnum propriissime recipitur i deo. ergo ⁊ persona s̄m suum nomen. ¶ Item persona dicit̄ habens suam naturam intellectualē ab aliis distinctam. sed in deo est ponere habentē naturā intellectualem ab aliis distinctam. sicut supra ostensum est de pluralitate personarum. ergo ⁊c. ¶ Item persona nominat mihi vltimū in genere rationalis nature. sed rationalis siue intellectualis natura est nobilior inter creata. ⁊ rursus vltimum in illa est cōpletissimū. quia ei nulla potest fieri additio. ergo si quod cōpletionis est ponendū. est in deo propriissime. ergo patet ⁊c. ¶ Item persona dicit dignitatē. Unde in ecclesiis persone dicuntur habentes dignitatē aliquam notabilē. ergo cum dignitas propriissime sit in deo. nomen persone propriissime i deo ponēdū est. ¶ R°. dd̄m. ꝙ ꝑsona de sui ratiōe 6
dicit suppositū distinctū proprietate. ad dignitatē ꝑtinens. ⁊ hoc patet in sua ethimologia. ⁊ in equipollenti suo. In ethimologia. quia persona dicitur quasi ꝑ se vna. per se aūt vnum. proprie dicit̄ vnum quod est omnino distinctū ab aliis. ⁊ in se indistinctum. Rursum persona dicit̄ a personando. quasi per se resonando. resonare autē dicit̄ quod in sono preeminet aliis. ⁊ ideo persona dicit̄ suppositum distinctum habens dignitatem. et ratione hui⁹ dignitatis cum deberet ꝑ naturam vocabuli dici persona penultima correpta. dicitur persona penultima ꝓducta. Similiter ratio huius significationis accipitur ab equipollenti in lingua greca. quod est prosopon. Apud grecos ꝓsopon dicebatur sicut narrat Boetius homo laruatus. qui quidem solebat fieri in tragediis. Et hoc fiebat ꝓpter duo. Una ratio erat ad distincte representandū eum de quo fiebat sermo. Alia ratio erat ad melius ꝑsonādum vel resonandū. ⁊ ista duo conueniunt predictis duabus proprietatibus. ⁊ ideo ab hoc nomine prosopon apud grecos. tractū est hoc nomen persona apd̄ latinos. ⁊ quia in ecclesiis maxime attenditur distinctio dignitatum. tractū est primo ad significandū honorem in ecclesiis. Deinde quia indiuiduū rationalis nature distinctū est ab aliis. et hoc proprietate dignitatis inter creaturas. hinc est ꝙ extensum est ad significandum suppositū rationalis nature. Deinde quia i deo est reperire suppositū distinctū proprietate nobi-

lissima. spiritusancto dictante translatū est ad diuina quia ibi res nominis propriissime īuenitur. q̄uis ipm nomen prius alijs est impositū. Concedendū est ergo ꝙ in diuinis proprie ⁊ cōuenienter nomen persone ac
7 cipitur. ¶ Ad illud ergo quod obijcitur. ꝙ dictuȝ est non vt diceretur. dicendū ꝙ Augustin⁹ loquitur de tempe illo in quo nomen ꝑsone ſm vsum equiualebat substantie. ⁊ ideo dictum est. nō vt diceretur quod ꝑsona cōsueuerat significare. sed dictū est quasi translatum ne taceret̃. id est. ne confessio fidei diminuta esse
8 probaretur. ¶ Ad illud qđ obijcitur ꝙ persona nominat particulare. dđm ꝙ particulare de ratione sui nominis importat partē ⁊ imperfectionē. sed ꝑsona đ ratione sui nominis importat cōpletionē. ideo ponitur in diuinis. q̄uis nō particulare. ⁊ bene. quia in diuinis nomen speciei ꝓprie dicit̃. ⁊ nomen generis impro
9 prie. ¶ Ad illud qđ obijcitur ꝙ persona nominat cōpositissimū. dđm ꝙ hoc accidit. quia indiuiduum rationalis nature create est in genere. ⁊ ideo multis differentijs distat. cum distinguat̃ qualitate. sed in diuinis est distinctio sola origine. ⁊ preterea nō est in genere. ⁊ ideo nō oportet ꝙ sit ibi aggregatio differentiarū
10 ¶ Ad illud quod obijcit̃. ꝙ apud grecos non vtūtur equipollenti scȝ ꝓsopon. dđm. ꝙ ratio vtendi apud latinos nō tā fuit ꝓprietas q̄ȝ penuria. q̄ꝛ nō habebant qđ rn̄derent. ⁊ ratio hui⁹ fuit. q̄ꝛ suba ſm cōem vsum idē sonat qđ essentia. greci aūt habebāt ꝓpriū vocabulum scȝ hypostasis quo vtunt̃. ⁊ ideo non sunt vt nos coacti transferre.

¶ Questio II b

Utrum nomē substantie dici debeat in diuinis. vl' etiam subsistentie. Et ꝙ sic videt̃ Aug⁹. li. v. de trinitate Deus absq̄ȝ vlla dubitatione dı̄ substantia. vel si melius appellat̃ essentia. ¶ Itē tam Boetius q̄ȝ Augu. de trinitate dicūt. ꝙ aliorꝫ nominū genera. vt magnitudo. bonitas ⁊c̃. transeant in substantiā. si ergo substantia nō transeat in aliud. constat substātie nomen proprie dici. nā si nō proprie. eque bene diceret̃ ꝙ substantia transeat in alia. sicut ecōuerso ¶ Itē rō substantie ſm phm est ꝙ est ens ꝑ se. sed solus de⁹ propriissime est per se. ¶ Itē ratio substātie ſm Augu. est dici ad se et absolute. sed ibi est ꝓprie dici ad se. vbi nulla est dependentia. ergo si hoc est in deo. ğ ⁊c̃. ¶ Contra. Aug. vij de tri. incōueniens est dicere de deo ꝙ subsistet bonitati sue. sed si de bonitate. eadē ratione ⁊ de qualibet ꝓprietate. ğ simpliciter loquēdo incōueniens est dicere ipsuȝ esse subam. ¶ Itē Boetius in li. de trini. Deus non est substātia. sȝ supra omnē substantiā. ergo hoc nomē substantia ꝓprie est in creaturis ⁊ nō in deo. ¶ Item hoc ipsum videt̃ ratione. omē qđ substat habet aliquid inherens. sed in deo nō est inherens. ¶ Itē omne qđ substat. aliquid illi cōponit̃. ergo vbi nō est cōpositio nec nomen cōpositionis. ibi nec nomen substātie. ergo cū
11 in diuis nō sit cōpositio. patet ⁊c̃. ¶ R°. dđm. ꝙ nomē substātie a duplici ꝓprietate potest dici. videlicet a ꝑ se stando. nō ꝑ aliud. si sic. ꝓprie est in diuinis. ⁊ magis ꝓprie q̄ȝ in creaturis. Uel a substādo alij. vel alijs. Et hoc est tripliciter. Uel alij inherēti. ⁊ sic false ⁊ improprie dicit̃ in diuinis quia ꝓprietates in diuinis nō sunt accidentes nec inherētes. Uel alij distinguenti. ⁊ sic dicit̃ in diuinis nō omino improprie nec omnino proprie. quia ꝓprietas illa nō inheret. ⁊ ideo non facit subsistere siue substare quasi sub alio stare. sed existere quia ab alio esse. ⁊ hinc est ꝙ Rich. dicit in li. de tri. ꝙ melius dicit̃ existentia q̄ȝ substantia. vel quia substat vt perficienti. ⁊ sic dicit̃ res nature substare. respectu essentie. ⁊ iste modus magis est circa nostꝫ intelligere q̄ȝ circa diuinū esse. ⁊ sicut patebit in sequenti ꝓblemate. ex nostro intellectu euenit talis modus dicendi non ex proprietate diuini esse.

¶ Questio III c

Utrū nomē essentie dici debeat in diuinis. Et ꝙ sic videtur. Aug⁹. in. vj. de tri. Essentia vere ac ꝓprie dicit̃ ī diuinis. ita vt forte solū deū dici oporteat ꝑ essentiam ¶ Itē hoc nomen qui est. est nomē qđ ipē deus sibi imposuit. ğ si ipē ꝓprie se nominat. deus ꝓprie dı̄ qui est. sȝ de quocūq̄ȝ ꝓprie dı̄ qui est. ꝓprie potest dici đ ipo essentia. ğ ⁊ in diuinis dicit̃ essentia. ¶ Itē inter omnia nomina nomen essentie est absolutissimū. Unde essentia ſm Auicennā dicit̃ rei quidditas nomine absoluto. cum ergo in diuinis sit omnimoda absolutio. ergo nomen essentie. ¶ Contra. Non intelligimus deū nisi ī creaturis ⁊ ꝑ creaturas. sed nominatio dei est ꝑ nostꝫ intelligere. ergo nullū absolutū nomen omnino debet poni in deo. ¶ Item quero in quo differāt nomē substantie ⁊ nomen essentie. Nam substantia aut dicit cōmune. aut suppositū. Si suppositū. ergo superfluit nomen persone. Si cōmune. ergo superfluit nomē essentie. ergo cū debeam⁹ labia nostra circūcidere in loquēdo de deo. nequaq̄ȝ debet poni hoc nomen in deo. ¶ Itē queritur gratia hui⁹ de necessitate ⁊ sufficientia ⁊ differentia istorꝫ quattuor nominū. essentia. subsistētia. substantia. ⁊ persona. ¶ R°. ad intelligentiā predictoruȝ 13
est notandū. ꝙ ista quattuor nomina siue vocabula respondent quattuor vocabulis in greco. que sunt vsia vsiosis. hypostasis. ⁊ prosopon. vt vsia respōdeat essentie. vsiosis substātie. hypostasis subsistentie. prosopon persone. Ratio autē ⁊ sufficientia istorꝫ quattuor nominū aliquando accipitur sic. In diuinis est accipere cōmunicabile ⁊ incōmunicabile. ⁊ hoc ex veritate ⁊ necessitate fidei. que dicit deū trinum et vnuȝ. et cum debeam⁹ intelligere in deo ꝙ vere est ꝑ illud qđ videmus in his inferiorib⁹. maxime ſm notabiles ⁊ primas ⁊ precipuas conditiōes. cum in cōmuni in inferioribus inueniatur quod est ⁊ quo. ratione cuius significatur in concretione ⁊ in abstractione. vt dicat̃ homo ⁊ humanitas. sic in diuinis intelligimus. q̄uis nō intelligamus in differentia illa duo. ideo ⁊ in abstractione significatur per hoc nomen deitas. ⁊ in concretione per hoc nomen deus. ⁊ ideo imposuimus ei nomen quo significaremus ipm quo est. et hoc est essentia. ⁊ ipsum quod est. et hoc est substantia. Et ita hec duo nomina accipiuntur ex parte cōmunis. Et est in diuinis accipere quod est incōmunicabile. et hoc est quid distinctū. siue quis distinctus. Et hoc quidem dupliciter contingit intelligi siue significari. Uel inquantum distinguibile. et hoc per nomen subsistentie siue hypostasis. Uel inquantū distinctum. et hoc per nomen persone. Et licet in deo nihil differant distinguibile ⁊ distinctū. quia potentia in eo semper actui est coniuncta. tamen contingit duplici nomine significari. Unde differunt ista quattuor nomina. ſm modum intelligendi. sicut quo est ⁊ quod est. et qui est et quis est. ⁊ quoniā in deo idē est quo est. ⁊ qđ est ex vna parte. ⁊ distinguibile ⁊ distinctuȝ ex alia ſm rem. sancti accipiunt ⁊ substantiam ⁊ essentiam pro eodem. similiter ⁊ hypostasis nomine vtunt̃ greci ꝓ supposito actu distincto. Unde distinctio per quo et quod est. ⁊

per distinguibile ⁊ distinctū. in omnibꝫ diuinis non facit diuersitatē nisi ſm rationē intelligēdi. Fuerūt etiam alij volentes dicere ꝙ subā ⁊ essentia accipiunt̄ ex parte cōmunis. sed differēter. quia illud cōmune contingit intelligi sub duplici ratōe. Una est ꝙ omnia indigent eo vt sint. Alia est ꝙ ipm̄ nō eget alijs. Primo modo dr̄ essentia a qua ⁊ ꝑ quā om̄ia sunt. Scdo modo substātia. qm̄ ꝑ se stat alijs circūscriptis. Subsistētia vero siue hypostasis ⁊ ꝑsona accipiunt̄ ex ꝑte incōmunicabilis. ⁊ differunt. ꝗuis em̄ vtrūqꝫ nomē dicat quid distinctū. tamen hypostasis dicit suppositū sube distinctū. sed ꝑsona dicit distinctū proprietate nobili Fuerunt alij qui voluerūt dicere ꝙ ista quattuor noīa distinguunt̄ ꝑ cōmunicabile ⁊ incōmunicabile. ſm qd̄ potest vnūquodqꝫ dupliciter significari. scꝫ vel in abstractione vel in cōcretione. Nā cōmunicabile potest significare in abstractiōe. ⁊ sic dicit̄ essentia. vel in cōcretione ad suppositū. ⁊ sic dicit̄ substantia. Similiter incōmunicabile potest significari in abstractōne. ⁊ sic dicitur subsistentia siue hypostasis. vel in concretiōe. ⁊ sic dicit̄ persona. Sed tamen om̄es isti modi habēt calumniā. Primus quidē qui sumitur per distinguibile ⁊ distinctuꝫ. quia greci vtunt̄ vocabulo hypostasis. vbi nos vtimur ꝑsona. ⁊ ita ꝓ supposito distincto Et Dam̄. dicit ꝙ hypostasis est substātia cū proprietatibus. ⁊ ita significat actu distinctū. Secūdus modꝰ similiter habet calumniā. quia essentia non videt̄ aliquo modo significari vt in ratione cause respectu aliorum. cum sit nomen absolutissimū. Tertius modus habet calumniam. quia substantia significatur in abstractione sicut essentia. et preterea est dubium. vtruꝫ sit intelligere hypostases ī abstractis proprietatibus ⁊ ideo si non est intelligere. quomodo contingit significare? Et propterea quartus modus dicēdi est. ꝙ cū fides dicat deum esse trinū ⁊ vnum. inquantum dicit vnum nō possumus intelligere vnū quin intelligamꝰ quod est. ⁊ quo est vnū. ⁊ quo est vnū est id quo est. et quod est vnum est illud quod est. primū est essentia. secundū substantia. Si intelligamus trinū. necesse ē ꝙ intelligamus eū qui distinguitur. ⁊ quo distinguitur Quo distinguitur est proprietas. ille autē qui distinguitur semꝑ significatur vt distinctus. Et hoc potest esse dupliciter. vel vt distinctus proprietate quacūqꝫ vel vt distinctus proprietate nobili siue notabili. primum significatur nomine subsistentie. que dicit̄ prima substantia. ⁊ non tm̄ cōuenit indiuiduo hominis. sed etiā asini. Scd̄m ꝙ significatur per hoc nomen ꝑsona quod importat nobilē proprietatem non conuenit nisi supposito rationalis creature. quia greci vtuntur hypostasis nomine sicut nos nomine persona. vt dicit Boetius ꝙ greci vtunt̄ nomine hypostasis pro supposito rationalis creature. His visis patent obiecta. ¶ Qd autē obijcitur ꝙ non debemus deum nomīare absolute. dd̄m ꝙ ꝗuis nominemꝰ deū ꝑ creaturas. tamen etiā ꝑ creaturas cognoscimꝰ cū esse habere absolutum. Alia patent.

C Onsequenter est questio secūdo de numeratione nominū predictoꝝ. ⁊ supposito ꝙ numeret̄ hoc nomen persona. queritur vtrū in diuinis numeret̄ hoc nomen substantia. Secundo queritur si numeretur essentia. Tertio si hoc nomen deus vtrum scꝫ catholice possimꝰ dicere plures deos.

¶ Questio I d

Qd numeretur hoc nomen substantia. ostenditur sic. Hyla. de sinodis. sunt quidē ꝑ substantiā tria. sꝫ vnuꝫ per cōsonantiā. ¶ Itē Ansel. in fine mono. Aptius tres dicunt̄ substantie. ¶ Item Boetius in libro d̄ duabus naturis ⁊ vna persona xp̄i. dicimus vnā essentiam ⁊ tres substantias. ¶ Itē hoc ipsum videt̄ ratione a quia substātia est mediū inter essentiam et personam. sed mediū sapit naturā extremoꝝ. ergo pari ratiōe q̄ dicitur vna substantia ab vnitate essentie. poterit dici plures a pluralitate personaꝝ. ¶ Item omnis numerus ad substantiā reducitur originaliter. nunqꝫ em̄ accidentia vel ꝓprietates numerant̄ nisi per substantiam. sed actus numerant̄ ⁊ pluraliter dicunt̄ in diuis. ergo necesse est ponere numerū ſm substantiā. Qd autem pluraliter dicant̄ patet. dicit̄ enim pater et filius ⁊ spiritussanctus creant. ¶ Itē idem est relatiuū substantie. sicut talis ⁊ qualis. qualitatꝭ. sed hec est falsa. pater est idem cū filio. quia dicit Hylarius ꝙ nō possumus dicere deū eundē. ergo necesse est ꝙ cadat distinctio in substantia. si ergo propter distinctionē ꝑsonarum dicamus plures personas. ergo ⁊ plures substātias. ¶ Contra. Nihil magis dicitur ſm substantiaꝫ qꝫ hoc nomen substantia. si ergo nomina substātialia dicūtur de omnibus singulariter. sicut patet ex regula Augustini supra posita. ergo ⁊c̄. ¶ Item inter quecūqꝫ cadit distinctio ſm substantiam. cadit vera diuersitas. sed inter patrē ⁊ filium non est cōfitenda diuersitas. ergo nec numerus ſm substantiā. ergo non est dicere plures substātias. ¶ Item Augꝰ. dicit ꝙ ideꝫ est deo subsistere ⁊ esse. ergo cū vnum sit esse. vnum subsistere est. ergo sicut ab vno esse dicitur vna essentia vel econuerso. ita ⁊ ab vno subsistere debet dici vna subā siue subsistentia. ¶ Item Hiero. ad Damasum papā Quis vnqꝫ nisi ore sacrilego tres substantias predicauerit. ¶ Rō. dd̄m. ꝙ tam nomen substantie qꝫ subsistē- 14
tie dupliciter accipitur ī diuinis. quia quodlibet istorum habet in se intellectū actus ⁊ proprietatis. potest ergo dici substantia quasi per se stans siue sub alio. siue sub proprietate. primo modo vna tantū est siue nō numeratur. quia vnū est ibi quod est. Alio modo prout dicit respectū ad proprietatē. tunc numeratur siue plurificatur. Primo modo tm̄ valet quantū vsiosis. secundo modo tantū valet quantū hypostasis. Omnino eodem modo distinguitur subsistentia. ⁊ ſm alterum intellectū equipollet vsiosi. et ſm alterū hypostasi. Et ſm alterū plurificatur. ſm alterū vero minime. Et quia substantia dicit̄ dupliciter et subsistentia ideo venit diuersitas modi loquendi inter doctores. Nam Tulius ⁊ Boetius dicunt ꝙ subsistentia equipollet vsiosi. ⁊ ideo dicit ipse Boetius eam plurificari. ⁊ ſm hunc moduꝫ loquitur Hylarius. Augustinꝰ ⁊ Boetius ⁊c̄. Hieroni. ⁊ Augu. volunt ꝙ substantia equipolleat vsiosi. ⁊ ideo dicunt eam non plurificari ⁊ subsistentia hypostasi. ⁊ ideo dicunt eam plurificari. Ex his patet responsio ad vtrāqꝫ partem. Patet etiam quare greci non transtulerunt nomen ꝓsopon sicut latini. quia oportuit nos transferre nomen persone propter ambiguitatem. ⁊ ideo maluit ecclesia etiam respondere tres personas qꝫ tres subsistentias siue substantias. Tamen ad argumentum quod facit. 15 a
ꝙ substantia tenet medium. Dicendum ꝙ substantia prout equipollet hypostasi. plus se tenet cum persona. et ideo numeratur sicut persona. siue plurificatur. prout tamen equipollet vsiosi plus se tenet cuꝫ essentia. ⁊ ideo non numeratur nec plurificatur sicut

nec essentia. Omnes autẽ ille rationes precedentes et sequentes loquũtur de substantia prout equipollet hypostasi siue supposito. et hoc modo plurificatur. Rationes autẽ ad oppositã partẽ currunt ſm aliã acceptionem hui⁹ nominis substantia. Similiter iudicandũ est de hoc nomine subsistentia. Sed quoniã Aug⁹. autoritas ⁊ mos vtentiũ nomen illo (substantia scꝫ) accipitur magis in illa acceptione in qua dicit ipm qđ ẽ siue vsiosim siue ipm cõmune. ideo cõmuniter nõ accipitur vt dicant̃ tres substantie in diuinis.

¶ Questio II e

De enumeratione illius nominis essentia. Et ꝙ non numeret̃. ostendit̃ sic. quia in diuinis est vnitas absolutissima que nõ multiplicatur. ergo cũ nullũ nomen sit adeo absolutũ sicut nomẽ essentie. ergo per illud significatur vnitas nõ multiplicata. ergo nomen essentie nõ numeratur. ⁊ hoc est quod dicit Aug⁹. ꝙ ratio repugnat. ¶ Item hoc ipm videtur a minori. Hoc enĩ nomen deus est nomen essentie in cõparatione ad personam. sed ſm scripturã in lege scꝫ Deut̃. vj. Deus dicitur vnus. ⁊ non plures. ⁊ ſm symbolum. nõ tres dij sed vnus est deus. ergo hoc nomen essentia min⁹ plurificatur. cum dicatur absolutius. ¶ Item natura diuina non multiplicatur ĩ tribus. sed hoc nomen essentia est nomen nature diuine vt hoc nomen substantia ergo nec essentia nec substantia multiplicant̃ sub proprijs nominib⁹. vt videt̃.

a ¶ Contra. Aug⁹. vj. de trinitate. Cur hec tria non dicant̃ vna persona. ⁊ loquitur de tribus personis. sed tria in neutro genere respicit essentiã proprie. ergo cũ dicant̃ tria. ergo tres essen

b tie. ¶ Item ratione videt̃. Aug⁹. in eodem libro dicit Cum pater ⁊ filius ⁊ spiritussanct⁹ dicant̃ tres persone ⁊ cõmune est eis hoc quod est persona. sed hoc nomẽ

Difficillimā mihi hanc queſtionē fateoꝛ. p̄cipue cum ex p̄dictis oꝛiatur que ſimilē vident̃ habere rationē. quod mee intelligētie attendēs infirmitas turbatur. cupiēs magis ex dictis ſanctoꝝ referre q̄ꝫ afferre. Optimus eñ lectoꝛ eſt inquit Hylariꝰ in p̄mo libꝛo de tri. qui dictoꝝ intelligētiam expectet ex dictis potius q̄ꝫ imponat. et retulerit magis q̄ꝫ attulerit. neqꝫ cogat id videri dictis contineri. qđ ante lectionē p̄ſumpſerit intelligendũ. Cũ ergo de rebus dei ſermo eſt. concedamus deo ſui cognitionē. dictiſqꝫ eiꝰ pia veneratione famulemur. Inueſtiget ergo diligenter pius lectoꝛ rationē dictoꝛũ. ſi forte dictorum aliquā valeat reperire cauſam. qua nota. ipſa p̄miſſa queſtio aliquatenꝰ explicari valeat. Ego autē hanc queſtionē non abſoluens. ſed erroꝛeꝫ excludens profiteoꝛ nõ eſſe dictum patrē diligere filium vel filiũ patrē ea dilectiõe que ab vtroqꝫ procedit. que nõ eſt aliquis eorum. ſed tantũ ſpirituſſanctꝰ. tanq̄ꝫ ea dilectione pater ſit vel filius. Sed ſic eā pater diligit filiũ ⁊ filius patrem vt etiā pater per ſe ea que ipſe eſt dilectione diligat. ſic ⁊ filius. nõ autē ſic vt pater per ſe non diligat. ⁊ filius. ſed per eaꝫ tantũ. Quis hec in illa trinitate inquit Auguſtinꝰ opinari vel affirmare preſumat. Eam tamē queſtionē lectorum diligentie plenius diiudicandā atqꝫ abſoluendaꝫ relinquimus ad hoc minꝰ ſufficiētes. Aug.

AD intelligentiā p̄ſentis diſtinctionis duo p̄ncipaliter querunt̃ ſm̃ duas queſtiones quas determinat magiſter. Primo querit̃ de hac locutione. pater ⁊ filius diligunt ſe ſpirituſancto. Secundo querit̃ de iſta. an pater eſt ſapiens ſapientia genita. Quantũ ad primũ duo querunt̃. Primo querit̃. vtrum illa locutio ſit admittenda. Secũdo queritur. in qua habitudine conſtruat̃ ille ablatiuus.

¶Queſtio I a

QD iſta locutio. pater ⁊ filius diligũt ſe ſpirituſancto ſit admittenda. oſtendit̃ autoꝛitate ⁊ ratõe. Primo autoꝛitate ſic. Augꝰ. vij. de tri. Non eſt aliquis duorum quo genitꝰ a gignente diligit̃ genitoꝛemqꝫ ſuũ diligit ſi ergo eſt aliquis. ⁊ nõ eſt pater vel filius. ergo eſt ſpirituſſanctus. ¶Item Hiero. ſuper p̄s. xiij. Spiritꝰ eſt amoꝛ patris ad filium. ⁊ filij ad patrē. ſed amoꝛ q̄ eſt patris ad filiũ pater amat filiũ ⁊ ecõuerſo. ergo ⁊c. ¶Item Berñ. de amoꝛe dicit. Amas te inquit amabilis dñe cũ a patre ⁊ filio ꝓcedit ſpũſſanctus. amoꝛ patris ad filium ⁊ filij ad patrē. ⁊ tantus amoꝛ vt ſit vnitas. ¶Item idē oſtendit̃ ratione ſic. magiſter Hugo de ſancto victoꝛe facit talē rationeꝫ in quadā epiſtola ad Berñ. ſi recte diceris amare amoꝛe qui a te ꝓcedit. cur nõ pater ⁊ filius dicunt̃ amare amoꝛe qui ab ipſis procedit. Et iterũ ibidē. ſi ſpirituſſanctꝰ eſſet amoꝛ coꝛdis tui ac patris ⁊ filij. quis queſo poſſet negare ſpirituſancto. ꝫ eſt amoꝛe tuo te diligere. Item alia rõ formatur ſic. Sicut ſe habet verbũ ad dicere. ſic amoꝛ ad diligere ſed pater verbo ſuo quod ab ipſo procedit ſeipſum dicit. ergo pater ⁊ filius amoꝛe qui a ſeipſis ꝓcedit. ſeipſos diligunt. ¶Itē ſicut filius nõ poteſt ꝓduci niſi generãdo. ſic nec amoꝛ niſi diligēdo. ergo pater ⁊ filiꝰ diligendo ſe ꝓducunt ſpiritũſanctuꝫ qui eſt amoꝛ perſonalis. aut igit̃ diligendo amoꝛe qui eſt ſpirituſſanctus. aut qui non eſt ſpũſſanctus. Si amoꝛe q̄ nõ eſt ſpirituſſanctꝰ. aut amoꝛ ille eſt perſonalis. aut eſſentialis. Non perſonalis. quia tunc eſſent due pſone in diuinis quibus cõueniret amoꝛ ꝓprie. quod eſt v

possibile. Similiter nec essentialis. quia ille est spiri/
tussanctus. Et iterum si essentialis. tūc ergo cū coueniat
spirituisancto. spūssanctꝰ similiter ꝓduceret. Restat
igit̄ ꝙ ꝓducunt spiritūsanctū diligendo se amore ꝗ est
spūssanctus. aut igitur diligēdo se. aut diligēdo aliud
a se. Non aliud. quia tūc aliud exigeret ad ꝓductionē
spūssancti. ergo diligendo se spūsancto. ꝓducunt spiritū
sanctum. ergo pater ⁊ filius diligūt se spiritusancto.
a ¶ Sed contra. diligere idē est qđ velle bonum. ⁊ vel/
le idem qđ esse. ergo cū hec sit falsa. pater ⁊ filius sunt
b spūsscūs. hec similiter. diligūt se ss. ¶ Item sicut se ha
bet sapere ad patrē respectu filij. ita diligere ad patrem ⁊
filiū respectu ss. sed hec est falsa. pater est sapiens sapi
c entia genita. ergo ⁊ illa similiter. ¶ Itē omne plurale
infert singulare. sed hec est falsa. pater diligit se ss. ergo et
d prima. Si dicas ꝙ diligere tenet̄ notionaliter. Cōtra
nulla notione cōtingit mutuo reflecti vnam personā
sup aliam. sed ꝭm dilectionē est mutua reflectio in p̄di
cta locutione. ergo diligere non tenetur notionaliter.
e ergo idem qđ prius. ¶ Item nulla notio couenit trib
sed diligere spiritūsanctū conuenit trib. Nam pater
diligit spūsancto. ⁊ filiꝰ diligit spūscō. et spiritussanctꝰ
diligit spiritusancto quia seipso. ergo nō tenet̄ notio/
f naliter. ergo idē quod prius. ¶ Item pater ⁊ filiꝰ amo
re eodē diligunt se ⁊ nos. sed dilectio dei ad nos est es
sentialis. cū connotet effectū in creatura. ergo similit̄
g cum diligūt se. ¶ Itē si tenetur notionaliter. quero ꝓ
qua notione nō est dare nisi spirationē. ergo aut passi
ue aut actiue. Si actiue. ergo idem est diligūt se ꝙ spi
rant. sed hec falsa spirant spiritusancto. ergo et prima
Si passiue. contra. illa notio nō predicat̄ de patre ⁊ fi
lio. sed de solo spūsancto. Si dicas ꝙ denominatiue p̄
dicatur. Cōtra. omnis proprietas que de ꝑsona p̄di/
catur in diuinis in cōcretione. p̄dicatur ⁊ in abstracti
7 one. ergo cū processio nō conueniat patri ⁊ filio in ab/
stractione. ergo nec denominatiue. ¶ Rº. ad p̄dictorū
intelligentiā est notandū. ꝙ quidā p̄dictam locutionē
simpliciter negauerunt. ⁊ dixerūt omnes cōsimiles eē
retractatas a beato Augustino in sua simili in hac scz
pater est sapiens sapiētia genita. Sed hec solutio nō
potest stare. quia nō solū eam dicit Augꝰ. sed etiā san
cti alij quorum dicta Augu. non retractat. Ideo fuerūt
alij qui eā simpliciter cōcesserunt. dicentes hanc locu
tionē debere intelligi ꝑ appropriationē nō ꝑ proprieta/
tem. vt sit sensus. pater ⁊ filiꝰ diligūt se amore qui ap
propriat̄ spirituisancto. Sed ista solutio non pōt sta/
re. quia tūc similiter hec esset cōcedenda. pater ⁊ filius
sunt boni spiritusancto. cum spūisancto appropríetur
bonitas. que tamē nullo modo conceditur. igit̄ prima
opinio nō potest stare. que simpliciter tales locutōes
negat. cū multiplex autoritas eas dicat. Similiter se
quens. que eas simpliciter ꝯcedit non potest stare. cū
multiplex ratio cōtradicat. Restat igit̄ eligere opini/
8 onem mediā scz ꝙ vno modo sit vera. alio modo falsa
Nam hoc qđ est diligere potest teneri essentialit̄ vel
notionaliter. Scđm ꝙ tenetur essentialiter. sic dic̄ vo
luntatis cōplacentiā que cōmunis est trib. Scđm ꝙ
tenet̄ notionaliter. sic dicit voluntatis fecunditatem
ad ꝓducendā personā ex se. que quidē fecunditas so/
lum est in duob quāuis volūtas sit in trib. Si ergo te
netur essentialiter. falsa est locutio. quia tūc sequit̄. ꝙ
pater ⁊ filius sunt ss. ⁊ in hoc sensu ꝓnomen cum v̄bo
construit̄ reciproce. Si autē notionaliter. vera est sic̄
probant rationes ad oppositum. ⁊ in hoc sensu prono
men construit̄ cum verbo retransiue. vnde sensus est.
pater ⁊ filius diligūt se. id est. pater diligit filiū. ⁊ filiꝰ
patrem. ⁊ tunc vera est locutio. quia amor ꝗ est spiri/
tusscūs. est amor nectēs patrē cū filio et ecōuerso. ⁊ tūc
non licet inferre. ergo pater diligit se ss. Ex hoc patēt a
tria prima. Nam primū procedit ꝭm ꝙ diligere tenet̄
essentialiter. secundū similiter. Nam sapere non dicitur b
notionaliter sicut diligere. sed vel est cōmune vel ap/
propriatū. Tertiū similiter. quia ꝓcedit ꝭm ꝙ obliquus c
construit̄ reciproce. ⁊ tūc diligere tenetur essentialiter
¶ Ad illud qđ obijcitur ꝙ nō possit teneri notionali/ d
ter. intelligendū est ꝙ sicut generatio dupliciter p̄t si/
gnificari. Uno modo vt dicit emanationē. Alio mo/
do vt dicit modū emanandi supaddita expressione. et
primo modo ꝑ hoc verbū generare. secūdo modo per
hoc verbū dicere significat̄. Sic ⁊ spiratio dupliciter
potest significari. Primo modo ꝑ hoc verbū quod est
spirare. Secūdo mō per hoc verbū ꝙ ē diligere. Quē
admodū eñ dicere importat generationem. ⁊ vlterius
quandā expressionē circa personā. sic ⁊ diligere. Unđ
sicut dicere importat actū generandi ⁊ dicendi siue ex
primēdi. et ratione actus dicēdi siue exprimendi dici/
citur pater se dici verbo. hoc est se dicendo siue expri/
mendo generat verbum. vel generando verbum. se ex
primit verbo. Sic in proposito. diligere actū impor/
tat cōnectendi siue cōcordandi ⁊ spirandi. ⁊ rōne actꝰ
cōnectendi dicitur. pater ⁊ filius diligunt se. ss. hoc est
inuicē cōcordando spirant spiritūsanctum. vel spirā/
do spiritūsanctū inuicē cōnectuntur. Ex his patet ob/
iecta. Qđ eñ obijcitur de mutua reflexione patet respō
sio. quia hec est ratione actus essentialis cōmuniter i/
tellecti. ¶ Ad illud qđ obijcitur ꝙ diligere spiritum/ e
sanctū couenit trib. ⁊ dicitur respectu creature. dicēdum
ꝙ non couenit trib ratione spiratōnis quā importat
⁊ ideo quāuis dicatur respectu creature. nō tamen dici
tur essentialiter omnino. sed cōnotat aliquid essentia
le dicit tamen notionē respectus quē importat ad ꝑso
nam. sicut supra dictū est de verbo ⁊ dono. ¶ Ad illđ g
quod obijcitur. pro qua notione stat. patet ꝙ stat pro
cōmuni spiratione. tamen nō licet pro ea ponere v̄bum
spirandi. quia alio modo importat illā notionem. Unđ
sicut cōceditur hec, pater dicit verbo. nō tamē hec pa/
ter generat filio. ⁊ tn̄ dicere importat ipsam generati/
onē. sic in proposito intelligendū est.

¶ Questio II b

In qua habitudine construitur ille ablatiuus cum sic
dicitur. pater ⁊ filius diligunt se spiritusancto. Et ꝙ
in habitudine forme videtur per simile. quia petrꝰ di/
ligit amore a se ꝓcedente formaliter. ergo pari ratiōe
pater ⁊ filius diligunt se formaliter. ¶ Item nihil de/
nominat aliquid ad quod cōparatur vt ad p̄ncipium
solum. nisi cōparet̄ vt informans. Nam quāuis cursus
sit a deo. non tamē deus dicit̄ currere. sed amor est a pa
tre ⁊ filio. ergo dicunt̄ amare. igitur amor est in ratiōe
forme. ¶ Item omni nexu aliqui nectunt̄ formaliter.
sed spiritussanctus est nexus. ergo aliqui illo nectunt̄
⁊ non nisi pater ⁊ filius ⁊c. ¶ Item omni albedine ali a
quis est albus formaliter. ergo omi amore aliquis est
amans formaliter. sed nihil amans formaliter potest
amare nisi ille cuiꝰ est amor. Cum ergo spiritussanctꝰ
sit amor patris ⁊ filij. patet ⁊c. ¶ Contra. omne quod b
diligit formaliter alio a se. habet diligere solū per par
ticipationem. ergo si pater ⁊ filius diligunt formali/
ter aliquo alio a se. ergo diligunt per participatio/
nem. sed hoc est inconueniens. ergo ⁊c. ¶ Item c
si aliquis diligit aliquo formaliter. illo circūscripto. i

possibile est intelligere amorẽ in eo. siue ipm amare. ergo si pater ⁊ filius diligunt se spiritusancto. impossibile est intelligere patrẽ amare non intellecto spiritusancto. sed hoc est falsum. ergo ⁊ primũ. ¶ Item nulla hypostasis est forma. sed amor qui est spũssanctus est hypostasis. ergo nõ est forma. ergo nullus illo amore diligit formaliter. ¶ Item nullũ relatiuũ potest esse forma sui correlatiui. quia ex forma ⁊ formato fit vnum. relatiuum aũt distinguit a correlatiuo. sed amor qui est spiritussanctus correlatiue se habet ad patrem ⁊ filium. g̃ ⁊c. ¶ Item oĩs forma est ante illud cui⁹ est forma. ergo si pater ⁊ fili⁹ diligũt se spiritusancto formalr̃. amor ille precedit diligere patris ⁊ filiȷ̃. sed hoc est falsum.

13 quia dilectio producit. ergo ⁊c. ¶ R°. dicendũ. ꝙ aliquoꝝ ratio fuit ꝙ ille ablatiuus cõstruitur in ratiõe signi. non in ratione forme. Nam spũssanctus se habet per modũ ꝓducti respectu dilectionis patris ⁊ filiȷ̃. iõ illius est signũ. Unde dicũt ꝙ is est sensus locutionis pater ⁊ filius diligunt se. ⁊ hui⁹ signũ est ꝙ cõcorditer spirant spiritũsanctũ. qui est amor vnicus ⁊ indiuisus Sed hec positio est insufficiens. Nam si ablatiu⁹ posset construi vere in ratione signi cũ verbo. hec esset vera pater ⁊ filius diligunt se amore creato. quia amor creatus signũ est illius. quã nullus cõcedit. Si tu dicas ꝙ illud nõ est signũ propinquũ. obȷ̃cit. quia tunc hec esset vera simpliciter. pater est sapiens sapientia genita. cum sapiẽtia genita sit maxime signũ sapientie ĩ patre generante. ¶ Alioꝝ positio fuit ꝙ ablatiu⁹ ille cõstruitur in ratione forme. Dicunt eñ ꝙ diligere se. nihil aliud est dictũ de patre ⁊ filio. q̃ȝ inuicẽ connecti. et nexu formaliter cõnectunt. ⁊ spũssanct⁹ est ille nexus. ideo formaliter loquẽdo ista est vera. pater ⁊ filius diligũt se spiritusancto. sicut hec formaliter est vera. pater ⁊ filius nectunt nexu. Sed hec positio non potest omnino stare. quia cũ dicit. pater ⁊ filius nectunt. aut nectunt dicit aliquid qd̃ sit ĩ patre ⁊ filio a spũsancto. aut qd̃ est in eis vt principiũ spiritussanctus. Si qd̃ in eis a spiritu sancto. ergo pater ⁊ filius aliquid recipiunt a spiritu sancto. Si aliquid. cũ nõ possit recipere partẽ. g̃ totũ ergo sunt a spũsancto. quod est incõueniens. Restat ergo ꝙ hoc qd̃ est nectunt dicat aliquid quod est ĩ patre ⁊ filio vt principiũ spiritussanctus. Quis ergo sit passiua ſm modum. actiua tamẽ est ſm rem. Et si hoc. spiritussanct⁹ cõparatur ad cõnexionẽ vt ad principiũ. non ergo vt ratione forme omnino. Patet ergo. ꝙ prima positio dicit minus sufficienter. secũda dicit nimis abundanter quia nimis exprimit. Et prima fuit magistri simo. tornatens. Secũda fuit magistri vuilli. altisiod̃. Et licet neutra sit omnino sufficiens. tamẽ vtraqȝ habet in se aliquid veritatis. Nã prima dicit ꝙ spiritussanct⁹ se habet ad patrẽ ⁊ filiũ per modũ ꝓducti. et hoc q̇deȝ verũ est. Secunda dicit ꝙ amor cõparatur ad amantes vt in ratione forme. ⁊ hoc quidẽ veꝝ est. Et ideo ex his duab⁹ positionib⁹ quaꝝ vna est insufficiẽs. alia excedens. colligit media positio sobria ⁊ sufficiens. s. ꝙ ille ablatiuus cõstruitur in ratione effectus formalis si licet nominare effectũ. ꝙ est ex principio. Et hec fuit positio magistri Hugo. de sancto victore. qui hꝫ clare vidit veritatẽ. Unde redarguit illos qui reputant hanc questionẽ insolubilẽ. Unde dicit ꝙ sicut cũ dicit ego diligo te amore a me ꝓcedente. ibi est cõstructio ĩ ratione effectus formalis. sic in proposito. In hoc tamen est differentia. quia amor a re ꝓcedens est in re requiescens vt vniens ⁊ inherẽs. quia est accidens. sed in diuinis amor a patre ⁊ filio ꝓcedens est in eis requiescens vt vniens. nõ tamen vt inherens. quia non est accidens. sed substãtia ⁊ hypostasis. ⁊ ideo adhuc minus habet rationẽ forme. Concedẽde sunt igit ratiões ad hoc inducte quia ablatiuus habet aliquo modo rationem forme. Qd̃ tamen vltimo modo obȷ̃citur non valet. quia oĩs albedo est forma. sed aliquis amor est hypostasis.

14 ¶ Ad illud ergo qd̃ obȷ̃cit ꝙ formaliter diligunt. ergo ꝑ participationem. dĩm ꝙ diligere alio per essentiã facit participationẽ. sed alietas personalis non. Unde Hugo. Anim⁹ humanus amor nõ est. sed ab ipso ꝓcedit amor. ideo seipso non diligit. pater vero amor est. ⁊ spiritussanctus eius est amor. ideo diligit seipso diligit etiã spm̃sanctum. ⁊ ideo patet ꝙ nõ per participationẽ. ⁊ ideo patet sequẽs. Quia eñ pater seipo diligit amore essentiali. ideo potest intelligi amare pater spiritusancto nõ intellecto. non sic aũt est de amore notionali. Rationes sequentes ꝓcedunt de forma ſm ꝙ habet ꝑfectũ actũ forme. Forme eñ est inherere. ⁊ ideo non est hypostasis. ideo etiã non distinguit. Ibi vero etiã ablatiu⁹ cadit ab actu forme qui est inherere. ⁊ tenet actũ forme qui est vnire.

15 ¶ Ad illud qd̃ obȷ̃citur. ꝙ forma ꝑcedit illud cui⁹ est forma. dĩm ꝙ loquitur de forma ſm ꝙ habet rationẽ cause. quia sic ꝑcedit. sȝ ablatiuus cadit a ratione causalitatis. quia construitur ꝑ modum effectus formalis. patet ergo ꝙ quodãmodo est ibi ratio forme. qd̃ammodo ratio signi. ⁊ in hoc patet rñsio ad omnia quesita.

Consequẽter est questio de hac locutione. pater est sapiens sapiẽtia genita. Et circa hoc queruntur duo. Primo querit vtrum illa locutio sit admittenda. Secundo ad intellectũ huius. vtrum sit hec admittenda. pater est potẽs ꝟtute quã genuit.

¶ Questio I

Ꝙ prima locutio sit admittenda ostendit hoc modo. i. Corinth. i. Christũ dicimus dei virtutẽ ⁊ dei sapientiã sed vnusquisqȝ est sapiens sua sapiẽtia. ergo si christ⁹ est sapientia patris. ⁊ sapientia genita. pater est sapiens sapientia genita. ¶ Item Augu. vi. de trinitate. Filius est ars quedã omnipotẽtis ⁊ sapientis dei. vbi omnia nouit. sed vnusquisqȝ artifex est sapiens sua arte. ergo pater est sapiens filio. ergo ⁊c. ¶ Item hoc videtur ratione ꝑ simile. quia omnis amãs a quo procedit amor. est amans amore a se ꝓcedente. ergo omnis sapiens a quo ꝓcedit sapientia. est sapiens sapientia a se emanante. sed pater est hmõi. g̃ ⁊c. ¶ Item Aug⁹ xv. de tri. Nouit deus pater omnia in seipso. nouit et ĩ filio. sed idem est nosse oĩa vt sapientẽ esse. si g̃ oĩa nouit in filio. non tm̃ seipso. sed etiã filio est sapiens. ¶ Item deus pater oĩa dicit ꝟbo. sicut dicit Aug⁹. xi. ꝯfes. Uerbo tibi coeterno. dicis quecũqȝ dicis. Sȝ dicere vt dicit Ans. est intelligere. ergo pater oĩa intelligit verbo mediante. ergo cũ idem sit esse sapiẽtem ⁊ intelligere. patet ⁊c. ¶ Contra. in diuinis sapere est esse. g̃ si pater est sapiẽs sapientia genita. ergo est sapientia genita. hoc aũt falsum. ergo ⁊ primũ. ¶ Itẽ non intellecta generatione. adhuc est intelligere deũ sapiẽtem. g̃ sapientia genita non est ratio sapiẽ dei.

16 ¶ R°. dicendũ. ꝙ sine distinctione cũ esse sapientem dicatur essentialiter ꝙ locutio est simpliciter falsa. ⁊ si alicubi legitur ab aliquo sancto est exponẽda. Uñ Aug⁹. in libro retrac. illa retractat dicens. ꝙ melius illã questionem in li. de tri. tractauit. vbi scȝ dicit contrariũ. ostendens illã rationẽ nõ valere. si pater fuit sine filio. cum filius sit ei⁹ sapientia. pater fuit insipiens. q: sapiẽtia non tm̃ cõuenit filio. sȝ patri ⁊ filio ⁊ spiritusancto. ⁊

Vtrum prima locutio sit admittenda pater est sapiens sapientia genita

hocipsum de tri. dicit in pluribus locis. sed maxime i
a vj. ꝛ. xv. ¶ Ad illud ergo qd obijcitur. ꝙ filius est sa/
pientia ꝛ virtus patris. dicendum ꝙ ista cōcedit. filius ē sa
pientia patris sapiētis. nec tamē ista. pater est sapiēs
17 sapientia genita. Un̄ notandū ꝙ cū dicit sapiētia ali/
cuius. hoc dicit dupliciter. aut sicut subiecti. vt albe/
do petri. aut sicut principij. genitiu9 eñ originē impor
tat. quoniā ergo fili9 est sapiētia habens originē a pa
tre. ideo hec est vera. filius est sapiētia patris. ¶ Cuꝫ
aūt dicit pater est sapiens sapiētia genita. ablatiuus
construit in ratione alicui9 causalitatis. vel in habitu
dine forme. vel principij. ꝛ maxime forme. et ideo fal/
sa. quia fili9 nec forma nec pncipium est patris. Si tu
b c queras. quare nō construit in rōne formalis effectus.
sicut amor cū amante a quo ꝓcedit. dicendum ꝙ nō est simi
le. ꝛ hui9 duplex est ratio. vna cōmunis ꝛ alia special.
Cōmunis que sumpta est a creaturis. qm̄ quidā sunt
actus q̄ dicunt motū a reb9 ad aīam. vt sapia. quidam
ab anima ad res vt amare. ideo cōparatio amoris ē ad
amantē in ratiōe existētis. non in ratiōe imperiētis. ꝛ
ideo amor de se importat formā ꝛ effectū Sꝫ sapientia
quia dr̄ vt ad intelligentē. nō vt ab intelligēte. ideo ab
latiuus tm̄ importat formā nō effectū. ꝛ ideo est locu/
tio falsa. Et alia rō est specialis in diuinis. qꝛ amor ꝓ/
cedens est amor prope. nō p appropriationē. Et dilige
re est similiter dictū notionaliter vn̄ importat originē
vt supra monstratū est. sꝫ sapia semp essentialit. ꝛ hoc
qd est esse sapientē nullo modo dr̄ notionaliter. qꝛ nul
d 18 lo mō importat originē. ꝛ ideo est locutio falsa. ¶ Ad
illud qd obijcit. ꝙ pater nouit oīa in filio. dicendum ꝙ dif/
ferunt dicere. nouit filio. ꝛ in filio. Nam cū dr̄. nouit
filio. ablatiu9 importat rationē forme vel principij co
gnoscendi. ꝛ ideo falsa est simpliciter. Hec tñ est disti
guenda. nouit in filio. quia ꝑpositio cū suo casuali po
test determinare hoc verbū nouit in cōparatiōe ad sub
iectum. ꝛ tūc est locutio falsa. Est eñ sensus. ꝙ fili9 sit
patri ratio cognoscendi. Uel potest verbū determiare
in cōparatione ad obiectū. ꝛ tūc vera est. ꝛ est sensus. ꝙ
filius sit reb9 cognitis rō ꝛ exemplar ꝛ causa exemplā
di. Et ꝙ iste possit esse sensus locutionis. patet. Qui
eñ pfecte cognoscit aliqd. cognoscit om̄e qd est in illo
si ergo pater pfecte cognoscit filiū. ꝛ in filio sunt om̄ia
ergo oīa cognoscit in filio. nec tñ ex hoc sequit ꝙ sit sa
piens filio. quia tūc significat ꝙ fili9 sit rō cognoscēdi
e ipsi patri. ¶ Ad illud qd obijcit vltimo. ꝙ pater dicit
19 om̄ia v̄bo. dicendum ꝙ hoc ꝙ est dicere. importat originem
importat etiā effectū in creatura. quē dicit p verbū si/
ue efficit. sed intelligere nō importat de se nisi solūmo/
do actū essentialē. ita ꝙ nec īportat de se respectū ad p/
sonā. nec ad creaturā. iō nō omnino idē est dicere. dic
omnia v̄bo. ꝛ intelligit oīa verbo. dicere eñ idē est ꝙ ī
telligere. sed amplius importat.

¶ Questio II d

a Utrū hec locutio sit admittēda. pater est potēs potē/
tia quā genuit. siue v̄tute. Et videt ꝙ sic. Quia qcūqꝫ
opat p aliquē ꝛ nō potest sine eo. habet potentiā ab eo
sed pater opat p filiū ꝛ nō potest opari sine filio. g̊ ꝛc.
b ¶ Itē in diuinis idē est virt9 ꝛ opatio. g̊ cū pater ope
retur p filiū. pōt p filiū. sꝫ quicūqꝫ pōt p alterꝫ. ē potēs
c potētia illi9. g̊ pr̄ est potēs genita. ¶ Itē sicut se habet
nosse ad sapientiā. ita opari ad potentiā. sꝫ bñ sequit.
iste nouit p illū. g̊ est sapiēs p illū. g̊ bene sequitur. iste
opat p filiū. g̊ habet potentiā ab illo siue p illū. g̊ ꝛc.
d ¶ Itē cū dicit. pr̄ opat p filiū. hec ꝑpositio p. aut im/
portat causam. aut instrumentū. Nō instrumentū. qꝛ
tunc fili9 nō vere cooperat pr̄i. Iterꝫ. esset indigens si
ageret p instrumentū. g̊ in ratiōe cause. ꝛ si hoc. g̊ fili9
dat opari patri. g̊ ꝛ potentiam. Si tu dicas ꝙ nō dic
rationē causalitatis sed subautoritatē. cū ergo simili
habeat ss. subautoritatē in opando sicut fili9. qua rati/
one dicit pater opari p filiū. eadē ratione p spm̄sanctū
Si tu dicas ꝙ hoc est dictū p appropriationē. q̄ro ra/
tionē appropriādi. Cū eñ opatio sit p potentiā. et po/
tentia appropriet patri. nō filio. nō g̊ patri poterat ap
propriari opari p filiū. ¶ Itē cū immediata causa ope
rationis sit volūtas. ꝛ illa approprieт spirituisancto.
videt ꝙ magis debeat dici opari p spm̄scm̄ q̄ꝫ p filium
¶ Contra. idē est esse potentē qd esse. ergo si pater est
potens potētia genita. ergo habet esse ab illo. ¶ Item
potentia appropriat patri. ergo nec p proprietatē. nec
per appropriationē ꝯuenit filio. ergo talis locutio ma
gis est impropria q̄ꝫ ista pater est sapiens sapiētia ge/
nita. ¶ Itē potētia qua aliquis est potēs fm ordinem
intelligēdi antecedit posse. sed generatio ordine intel/
ligendi sequit posse. ergo hec omino falsa. pater ē po/
tens potentia genita. ¶ R°. dicendum ꝙ hec est falsa sim/
pliciter. pater ē potēs potentia genita. ꝛ magis īpro/ 20
pria q̄ꝫ aliqua predictarꝫ. ¶ Ad intelligentiā aūt predi
ctorꝫ notandū. ꝙ hec regula cōsueuit dari de hac ꝑposi
tione per ꝙ cū verbo absoluto importat autoritatē. vt
cum dr̄. iste est bon9 per illū. vel sapiens vel potēs Cū
vero verbo transitiuo. īportat subautoritatē. vt rex pt
per ballinū. dicendum est igit ꝙ hec est falsa. pater est potēs
per filium. hec est vera pr̄ operat p filiū. Et non valet
argumentū. Operat per illū. ergo pōt per illū. quia p
mo importat causalitatē respectu effect9. ꝛ postmodū
respectu patris. ¶ Ad illud ergo qd primo obijcitur. 21
ꝙ qui operat p aliquē pōt p illū. dicendum ꝙ falsum est. qꝛ
hoc nō est ꝙ habet potentiā ab illo. sꝫ ꝙ habeat poten
tiam cū illo indiuisam. ꝛ dat illi posse. ideo p illū opat
ꝛ non potest sine illo. ¶ Ad illud qd obijcit ꝙ nō dif/ 22
fert opatio ꝛ potētia in deo. dicendum ꝙ verꝫ est p cōparati
onem ad deū. Differt aūt q̄ꝫtum ad effectū cōnotatum.
¶ Ad illud qd sequit. nouit p filiū. g̊ ꝛc. dicendum ꝙ nō est 23
simile de nosse ꝛ opari. q̄ꝫuis eñ nosse sit verbū trāsiti
uum. tamē nō cōnotat effectū sicut opari. ꝛ ideo ꝑposi
tio per nō potest cū ip̄o importare subautoritatēꝫ. vbi
eñ est subautoritas. notat ꝙ aliquid sit a duob9. et ab 24
vno per alterꝫ. ꝛ sic patet illud. ¶ Ad illud qd obijcit. 25
vtrū dicat rationē cause vel instrumēti. dicendum ꝙ neutꝫ
dicit proprie. sꝫ subautoritatē q̄ importat rōnem vtri/
usqꝫ q̄ꝫtū ad illud qd est ibi cōpletōis. ¶ Qd obijcit ꝙ
filio appropriat operari p ipsum. R°. ꝙ opatio est p v̄
tutē. ꝛ virt9 appropriat filio. sic dr̄. j. Corinth. j. Chri/
stum dicim9 dei virtutē ꝛ dei sapiām. Ratio autē q̄re 26
virtus filio appropriat est qꝛ v̄tus est vltimū potentie
siue est potentia vltimata. quoniā igitur filius ꝓduci
tur a patre fm omnimodā perfectionē potentie. quia
generare est actus pfecte potentie. perfectuꝫ est enim
vnūquodqꝫ quando potest generare. ꝛ tale quale ip̄m
est. quia igit filius accipit potentiā producēdi eqꝫ pfe
ctam sicut ipse. ꝛ pater est vt spiritussanctus. ideo vir
tus ei appropriatur. ideo dicit virtus patris ꝛ brachi/
um. ꝛ dextra. ꝛ potest operari per filiuꝫ. Aliter potest
dici ꝙ virtus dicit immediatiorem ordinem ad actuꝫ
q̄ꝫ potentia. quia potentia ordinatur ad opus per di
spositionēꝫ. et filio appropriatur dispositio. ideo ꝛ po
tentia disposita. Et sic patent omnia q̄sita.

¶ Diſt·xxxiij·de noīb⁹ ſubalib⁹ ⁊ ꝓprietatib⁹ in
cōparatione ſm conuenientiā ⁊ differentiā ad
eſſentiam ⁊ pſonas·

POſt ſupra dicta interius conſiderari ⁊c·Sup̃
egit magiſter de nominibꝫ ſubſtantialibꝫ ⁊ pro
prietatibꝫ ꝑ ſe ⁊ ſigillatim Hic tertio loco agit
de his in cōparatiōe·⁊ hoc ſm ꝯuenientiā ⁊ differenti
am·Et habet ꝑs iſta duas ꝑtes·In p̄ma querit magi
ſter de ꝓprietatibꝫ in cōparatiōe ad eſſentiā ⁊ perſonas
In ſcd̄a vero agit de cōparatiōe ꝑſone·ſiue rei nature
ad naturā·j·diſ·xxxiiij·p̄dictis adijciendum eſt·⁊c·
·Prima pars habet duas ſm duo oꝑa ſapiētis·quorū
primū eſt non mētiri·de quibꝫ nouit·⁊ ſecundū eſt me/
tientē poſſe manifeſtare·Vñ in prima ꝑte·p̄mo oñdit
⁊ ꝓbat veritatē·In ſecūda eam defendit cōtra falſita/
tem·ibi·hoc aūt aliqui negāt·¶ Prima ꝑs habet q̄tu
or partes·In p̄ma oñdit ꝙ ꝓprietates ſint ꝑſone·et in
perſonis ꝑ naturā ipſi⁹ ꝓp̄etatis·q̄ eterna eſt et di/
ſtincta·In ſcd̄a oñdit illud idē ꝑ violentiā autoris ſa/
bellij·ibi·Sabellij hereſim declinātes·vbi ponit auto
ritates Hiero·In tertia oſtendit hocipſum ꝑ naturā
diuine ſimplicitatis ibi·Cūqꝫ de ſimplicitate diuini/
tatis·In quarta oſtendit ꝙ ꝓprietates non tm̄ ſunt ꝑ/
ſone·ſꝫ etiā diuina eſſentia·⁊ hoc ꝓbat efficacia autori
tatis·ibi·ꝙ vero proprietas etiā diuīa natura ſit·vbi
ponit autoritatē Hyla·¶ Similiter ſcd̄a ꝑs in q̄ po/
nit magiſter veritatis ꝓbate defenſionē·ponēdo alio
rum ratiōes ⁊ ſuas rñſiones·ſm ꝙ duplex eſt modus
impugnādi veritatē·ſcꝫ ꝑ ratiōes ⁊ autoritates·ita h̄
ꝑs habet duas ꝑtes·In p̄ma ponit ratiōes ⁊ reſponſi
ones·In ſcd̄a autoritates·ibi·Verūtamē nondū deſi/
ſtunt ⁊c·Prima ꝑs habet quattuor ꝑtes·In prima po
nit obiectionē ꝙ ꝓp̄etates nō ſint ꝑſone·⁊ quia rati/
onalis erat rñdet ad veritatē·Secūdo ꝟo ſubiūgit ali
am rationē·⁊ quia curioſa videt·rñdet ad hominē nō
ad rationē·ibi·ſꝫ itex addūt ⁊c·Tertio adhuc reſumit
rationē illoꝝ ⁊ rñdet ad veritatē ibi·Ceteꝝ hereticorū
improbitas ⁊c·Quarto ⁊ vltimo ſubiungit eoꝝ inter
rogationē·⁊ quia curioſa erat p̄figit terminū humane
inquiſitioni·ibi·Sꝫ forte queres·cū he ꝓp̄etates ⁊c
Et quelibet iſtaꝝ partiū poſſet ſubdiuidi·ſcꝫ ꝙ primo
ponit oppoſitionē·⁊ ſecūdo reſponſionē·⁊ illud mani
feſtum in lr̄a eſt·Vltima ꝑs in qua reſpōdet magiſter
autoritatibꝫ quas inducūt·ſimiliter habet duas ꝑtes
ſm duas autoritates Augu·quas inducunt·⁊ prima
ſumpta eſt ab expoſitiōe·p̄s·ſcd̄a vero ſumpta eſt ab
Augu·vj·de tri·Prima ꝑs ponit·ibi·verūtamē non/
dum deſiſtūt·Et ſcd̄a ponit·ibi·Itē illis ꝟbis Augu·
Et q̄libet haꝝ poteſt ſubdiuidi·q̄ p̄mo ponit autorita
tem ſiue rationē·ſcd̄o vero diſſoluit·

¶ Oſtendit ꝙ ꝓprietates ſunt ipſe ꝑſone ⁊ i ꝑ
ſonis ꝑ naturā ipſi⁹ ꝓprietatis·quia eterna eſt ⁊
diſtincta· a

DI·XX XIII POſt ſupra dicta interius ꝯſiderari atqꝫ
ſubtiliter inquiri oportet·vtrū proprie=
tates ꝑſonaꝝ quib⁹ ipſe ꝑſone determi=
nant ſint ipſe ꝑſone ⁊ ſint deus·id eſt diuīa eſſen
tia·an ita ſint in ꝑſonis·vt nō ſint ꝑſone·ac ꝑ hoc
nec diuina eſſentia:Q eñ in ꝑſonis ſint propri
etates·nemo inficiari audet·cuꝫ aperte clamet
autoritas ꝙ in ꝑſonis eſt proprietas·⁊ i eſſentia
vnitas·Superi⁹ quoqꝫ multis ſanctorū teſtimo
nijs aſtruxim⁹ ꝑſonas ꝑ proprietates diſtingui
atqꝫ determinari·ipſaſqꝫ ꝓprietates·tres ſcꝫ·ꝑ
prijs expreſſimus vocabulis·¶ Cū ergo ꝓprie=
tates ipſe ab eterno fuerint·q̄bus ip̄e ꝑſone de=
terminant ⁊ differūt·quō eſſent ſi in eis ñ eſſent
⁊ quō in eis eſſent·⁊ ip̄e ꝑſone nō eſſent quin ibi
eſſet multiplicitaſ·Quocirca ſicut proprietates
eſſe in ꝑſonis·ita ⁊ eas ꝑſonas eſſe cōfitemur·ſi=
cut ſupra autoritate Hiero·vt nō pigeat reuoca
re ad mentē ꝓteſtati ſumus in expoſitione fidei
ita dicentis·

Q ꝓprietates ſint ꝑſone.

¶ Cōcludit idē ꝑ violentiā ſabellij· b

Sabellij hereſim declinātes·tres ꝑſonas expreſ
ſas ſub proprietate diſtinguim⁹·¶ Nō eñ nomia
tantūmodo·ſed etiā nominū proprietates·id ē·
ꝑſonas·vel vt greci exp̄munt hypoſtaſes·h̄ eſt
ſubſtātias:cōfitemur.Ecce apte dicit perſonas
proprietatib⁹ diſtingui·⁊ ipſas ꝓprietates eſſe ꝑ
ſonas·cui⁹ hic verba perſtringimus·quia ſupra
latius poſuimus·

¶ Concludit hocipſum ꝑ naturam diuine ſim=
plicitatis· c

Cūqꝫ de ſimplicitate deitatis ſupra diſſererem⁹
autoritatib⁹ ſanctoꝝ·ſcꝫ Augu·Hyla·Iſid·nec=
non ⁊ Boetij·euidēter monſtrauim⁹ deū hoc eē
omnino qđ in ſe habet·excepto ꝙ pater habet fi
lium nec eſt fili⁹·⁊ fili⁹ habet patrē nec eſt pater·
⁊ ſic eſt in natura triū·vt qui habet hoc·ſit quod
habet·⁊ totū qđ ibi eſt vnū eſſe·vnā vitam eſſe·
qđ modo nō iteramus ne faſtidiū lectori ingera
mus·Si ergo ꝓprietates ibi ſunt·ſingula earuꝫ
eſt id in quo eſt·⁊ vnū eadēqꝫ vita ſingule ſunt·
Fateamur ergo ⁊ ꝓprietates eſſe in tribus ꝑſo=
nis·⁊ ipſas eſſe perſonas atqꝫ diuinā eſſentiā·

Ex p̄dictis cōcludit ꝓprietates eē perſonas ⁊ vnā eſſentiam.

¶ Autoritate aſtruit ꝙ proprietates non tantū
ſint perſone·ſed etiam diuina eſſentia ſeu na=
tura· d

Q vero proprietas etiā diuina natura ſit·oſten
dit Hylari⁹·dicens natiuitatē filij eſſe naturam· Hylari⁹
Vnde in·vij·li·de tri·ait·Vtriuſqꝫ natura non
differt·vnū ſunt pater ⁊ filius·Habet ergo hoc
ſacramenti natiuitas·vt cōplectat in ſe·⁊ nōmē
⁊ naturā ⁊ poteſtatē·quia natiuitas non poteſt
non eſſe ea natura vñde naſcat filius·Idē in·vj
Natiuitas ꝓprietas eſt·veritas eſt·Idem i·vij·
dicit·ꝙ nature natiuitas ſit intelligēda eſſe i na=
tura dei·Supra eñ dixit ꝙ propriū patris eſt ꝙ
ſemꝑ pater eſt·⁊ propriū filij eſt ꝙ ſemper fili⁹ eſt
ſignificans ꝙ ꝓprietas patris eſt pater·⁊ propri
etas filij eſt fili⁹·His alijſqꝫ plurib⁹ autoritatib⁹

aperte significari videtur · ꝙ ꝓprietas filij filius sit sic ⁊ deus · ita ⁊ proprietas patris ⁊ proprietas spiritussancti ·

¶ Ponit obiectionem ꝙ proprietates non sunt persone · et quia rationalis videtur · respõdet ad veritatem · e

Hoc autem aliqui negant · dicẽtes quidem proprietates in ꝑsonis esse · sed non esse ꝑsonas ipsas · quia ita dicunt esse in ꝑsonis vel in essentia diuina · vt non sint interius · sicut ea sunt que ſm substantiã dicuntur de deo · vt bonitas · iusticia · sed extrinsecus affixa sunt atqꝫ ita eẽ rationibus probare contẽdũt · Si enim inquiũt proprietates sunt persone · non eis persone determinantur · Contra quod dicimus · quia etiam seipsis ꝑsone differunt · sicut supra Hieronymus loquens de patre ⁊ filio ⁊ spiritusancto dicit · substãtia vnum sint · sed ꝑsonis ac nominibus distinguunt ·

¶ Ponit aliam obiectionem · Et quia curiosa est respondet homini non rationi · f

Sed iterum addunt · Si propꝛietates ipse diuina essentia sũt: cum essentia nõ differant tres persone · nec proprietatibus differunt · Quomodo enim differt pater a filio · eo ꝙ diuina essentia est cum in essentia vnũ sint · a Horum doctrinis nouis ⁊ humanis cõmentis verbo Hylarij respondeo · Immensum ẽ quod exigitur ⁊ incomprehensibile extra significantiam ẽ sermonis · extra sensus intentionem · non enunciatur · non attingitur · non tenetur · verborũ significantiam rei ipsius natura consumit · Sensus contemplatiõem inperspicabile lumẽ obcecat · intelligentie capacitatem: quod fine nullo continetur; excedit · Mihi ergo in sensu labes est · in intelligentia stupor est · in sermone vero nõ iam infirmitatem sed silentium cõfitebor · periculosum nimis est de rebus tantis ac tã reconditis aliquid vltra prescriptũ celeste proferre · vt vltra prefinitionem dei sermo de deo sit · forma fidei certa est · Nõ ergo aliquid addendum est · sed modus constituendus audacie · quicquid vltra querit non intelligit ·

¶ Resumit rationem illorũ et respondet ad veritatem · g

Ceterum hereticorum improbitas · instinctu diabolice fraudulentie excitata nondum quiescit · sed in tanta rerum questione addit · Si paternitas ⁊ filiatio in deo siue in diuina essentia sunt eadem ergo res sibi pater est ⁊ filius · Nam in quo paternitas est · pater est · ⁊ in quo filiatio est · filius est · Si ergo vna eademqꝫ res habet in se paternitatem ⁊ filiationem · ipsa generat ⁊ generatur · quod dicentes in sabellianam heresim pertrahuntur · extendentes patrẽ in filium · cum ipsum sibi filium ipsum proponant ⁊ patrẽ · Si vero negauerint in vna dei essentia paternitatẽ esse ⁊ filiationem · quomodo ergo dicunt esse deum · His atqꝫ alijs argumentorum aculeis vtuntur in sue opinionis assertione · vt veritatis formã dissecent · b Quorum audacie resistentes; atqꝫ ignorantie prouidentes audebimus aliquid super hoc loqui · paternitas ⁊ filiatio non ita eẽ omnino in diuina substantia dicuntur · sicut in ipsis hypostasibus in quibus ita sunt: ꝙ eas determinant · vt ait Johãnes dam · Caracteristica ideomata sunt · id est · determinatiue proprietates hypostaseos ⁊ nõ nature · etenim hypostasim determinant ⁊ non naturam · Ideo ꝙ licet paternitas ⁊ filiatio sint in diuina essentia · cum eã non determinent · non ideo potest dici ꝙ diuina essentia et generet ⁊ generetur · vel ꝙ eadem

a ¶ Horum doctrinis nouis et humanis ⁊c. videtur insufficienter respondere · quia non soluit argumentum sꝫ dicit ꝙ est incõprehensibile · et videt ꝙ ista euasio nulla sit · aut enim argumentũ necessario cõcludit aut sophistice · Si necessario · tunc ergo cũ procedit ex verꝭ conclusio est vera · Si non necessario · tunc ergo sophisticum est · sed vnum sophisma non est incomprehensibile · ⁊ ita videt · ꝙ male applicet autoritatem Hylarij · Rº. 1 dicendum ꝙ ad argumentum facile est respondere · quia ibi est sophisma ſm accidens · proprietas est essentia · et essentia nõ distinguitur · ergo nec proprietas · sed hoc magister nõ dicit incomprehensibile · sed dimittit tanqꝫ sophisticum ⁊ indignum discussione maiorum · Sꝫ illa questio veritatis que sequitur · incomprehẽsibilis est ſm Rº. statum vie · quoniam si per omnimodaꝫ idemptitatem predicatur essentia de proprietatibus ⁊ econuerso · hec distinguitur · et illa non · et hoc ẽ nobis incomprehensibile · Quia enim videmus per speculum · intelligimus per similitudinẽ sũptaꝫ a creaturꝭ · et hoc nullꝫ sub celo habꝫ simile · immo solius dei proprium · propter summam simplicitatẽ · ideo dicit magister esse incomprehensibile · Nec est simile de genere et differentia · quia genus predicatur de differentia · et hꝰ distinguit · et illud non · quia non predicatur per idemptitatẽ · ideo cuꝫ Hyla. dicit ꝙ est incõprehensibile · ⁊ describit incomprehensibilitatem quãtuꝫ ad triplicem vim · quãtum ad receptiuam · cum dicit incomprehensibile · ⁊c. quantum ad expressiuã cum dicit extra sermonis significationem · quantũ ad indicatiuam · cum dicit extra sensus intentionem · ⁊ alia q̃ sequunt · his tribus aptãtur · vt patet inspicienti ·

b ¶ Quorum audacie resistentes ⁊c. dicit ꝙ proprietates q̃ sunt in hypostasibus · ⁊ eas determinant · ĩ essentia sunt sed eam non determinant · Videtur esse oppositio · quia omnis proprietas est deter

Rº. ꝙ proprietates penitus ita sunt in essentia sicut in hypostasibus dicuntur.

minatiua ei⁹ in quo est· alioquin in illo non est· ergo si proprietates non determinant essentiam· nõ sunt in essentia· R°. dicendũ ꝙ mgr̃ bñ respõdet· quia hec prepositio in · notat diuersas habitudines· Aliter enim dicitur pater in filio· aliter paternitas ĩ patre· Pater enim in filio esse dicit· nõ sicut proprietas distinctiua· sed sic persona consubstantialis· paternitas ĩ patre· sicut proprietas distinctiua· ¶ Sic vult dicẽ magister· ꝙ aliq̃ sunt siue dicuntur esse ꝓprietates ĩ essentia q̃ȝ in ꝑsona· Nam ĩ essentia dicũtur esse propter identitatem· ita ꝙ in om̃ino dicit identitatem· In ꝑsonis dicuntur esse sic vere propetates in hypostasibus· et determinationes ĩ determinatis In creaturis autem nõ est vnus modus sine alio q꞉ ꝓprietas non omnino ideȝ est cum eo cuius est proprietas· et ideo ĩ creaturis nõ dicitur esse ꝓprietas in ali

res sit sibi pater ⁊ filius· Ita est proprietas determinat personam· vt hac proprietate hypostasis illa sit generans· ⁊ alia hypostasis sit genita· ⁊ ita nõ ideȝ generat ⁊ generatur· sed alter alterum·

¶ Subiungit eorum interrogationem· quomodo scilicet ꝓprietates possunt esse in natura· nec eam determinent· Et quia curiosa est· prefigit terminum humane inq̃sitioni· b

Sed forte queres: cum he proprietates non possunt esse in ꝑsonis quin eas determinent: quomodo in diuina essentia esse possint ita vt non eam determinent: c Respondeo tibi et h̃ cum Hylario· Ego nescio· non requiro· ⁊ consolabor me tamẽ archangeli nesciunt· angeli nõ audierunt· secula non tenent· propheta non sensit· apostolus non interrogauit· filius ip̃e nõ edidit· Cesset ergo dolor querelarum· non putet homo sua intelligentia generationis sacramentum posse conseq̃· Absolute tamen itelligendus est pater ⁊ filius et spiritussanct⁹· Stat in hoc fine intelligentia verborum· Est filius a patre q̃ est vnigenitus ab ingenito· ꝓgenies a parente· viu⁹ a viuo· non natura deitatis alia ⁊ alia· quia ambo vnum· Hoc credendo incipe· percurre· persiste· et si non peruenturum sciam: tamen gratulabor profecturum· Qui enim pie infinita proseq̃tur· ⁊ si non continget· tamen aliquando proficiet prodeundo· Sed ne te inferas in illud secretum ⁊ archanum inopinabilis natiuitatis· ne te immergas summam intelligentie cõprehendere presumens· sed intellige incomprehensibilia eẽ· His aliisq꞉ multis euidẽter oñditur nobis nullatenus licere maiestateȝ perscrutari· ius ponere potestati modum circumscribere infinito·

¶ Respondet autoritati Augustini· que sumpta est ab expositione psalmi· qua opinionem suam· s· ꝙ proprietas patris vel filii non sit deus muniunt· f

Verũtamen nondum desistũt impatientie spiritu agitati· sed opinionem suam etiam sanctorum autoritatibus munire conantur· quibus ostendere volunt proprietatem qua pater ẽ pater· ⁊ proprietatem qua filius est filius· non esse deum· ad hoc inducentes verba Augustini super illum locum ps̃· Et non est substantia: ita dicentis Deus enim quedam substantia est· Unde etiam in fide catholica sic edificamur· vt dicamus patrẽ ⁊ filium ⁊ spiritumsanctum vnius esse substantie Quid est vnius sube· Quicq̃d est pater quod deus est hoc est filius· hoc est spiritussanctus· Cum autem pater est· nõ illud est quod vel quo est· Pater eñ non ad se sed ad filium dicitur· ad se autem deus dicitur· Eo igitur quod vel quo deus est· substantia est· Et quia eiusdeȝ substantie est filius· proculdubio ⁊ filius est de⁹· At vero qd̃ pater est· quia non substantie est: sed refertur ad filium· non sic dicimus filium patrem esse· sicut dicimus filium deum esse· Ex his verbis significari dicũt ꝙ proprietas patris vel proprietas filii non sit deus vel essentia diuina· Cum eñ dicit eo ꝙ deus est substantia est· sȝ ꝙ pater est· substantia non est· aperte inquiunt ostẽdit id esse substantiam quo deus est· id vero quo pater est· non esse substantiam· Item cum ait· pater non illud est quod est· ostendit euȝ non esse patrem eo ꝙ substantia est· Non enim simpliciter dixit· pater non est illud quod est sed ait· cũ pater est· nõ illud est

quo nisi ĩ eo cui inheret· non sic in diuinis·

c ¶ Respondeo tibi et hic cum Hyla· ⁊c̃· Uidetur falsuȝ quod dicit· ꝙ solutionem istius questionis archangeli nesciunt· cũ enim sint cõp̃hensores· cõstat ꝙ omnia cognoscunt que sunt d̃ substantia glorie· ergo cognoscunt distinctionem personarũ ⁊ essentie vnitatem et modum· ergo videtur· q̃re proprietates determinant hypostasim non essentiam· Et iterum si cõp̃hẽsio erit de quib⁹ est modo fides· ⁊ nos modo fide tenemus· ergo in prima cognoscemus· R°. dicenduȝ ꝙ sicut dicit Augustinus de trinitate· sicut fouea dicitur esse ceca non ꝙ ipsa non videat· sed quia quod habȝ non ostendit aliis· sic angeli dicuntur ignorare ⁊ sancti propter hoc ꝙ non reuelant talia· sȝ magis ĩtelligibilia· ⁊ quia talia non habent simile in creatura· immo magis dissimile dicuntur nobis incomprehensibilia· Et remouet Hylari⁹ triplicem cognitionem quã habem⁹ de reb⁹ diuis

Ps̃· lxviii·

Qualiter retorquent verba Augu· ad suaȝ prauitatẽ·

4 Una est per angelorum reuelationem. alia per prophetarum illustrationē. tertia per apostolorum predicationem Et dicit angelos non audire. quia ipsi recipiunt reuelationem a maiorib9 ꝛ nobis exprimūt Magister ergo bene respondet ostendendo in

5 sufficientiā. Si enim queratur quare proprietas est in ꝑsona vt distinguēs ⁊ essentia nō. Respondetur ꝙ ꝑsona se habet ad aliam.

Q: aliter intelligēda sūt illa verba q̄ dicūt

quod est. significās quo pater est nō esse illud quo est. i. essentiam Hec illi ita exponētes sua cōmēta simplicib9 ⁊ icautis vera videri faciūt9 Nos autē aliter fore ista intelligēda dicim9. Dicens enī eo ꝙ de9 est suba est. ꝗ ꝙ pr̄ est. suba nō est. h intelligi voluit. q2 essentia de9 est. ⁊ deitate suba est. Eo enī suba est q̄ de9 est. et ecōuerso. cui9 ea ē deitas q̄ est suba. ⁊ suba q̄ deitas ꝗ ꝙ pr̄ est nō est sube. i. nō q̄ pater est eo suba est. q2 ꝓprietate generatiōis pr̄ est. q̄ suba nō ē. Ipam tn̄ ꝓprietatē subam esse nō negauit. Ita etiā illud itelligēdū ē qd ait. Cū pr̄ est. nō illd est qd est. i. nō illo pr̄ est qd vel

q̄ ipe ē. i. essentia. ꝗ notione.

¶ Rn̄det alia autoritate aug. q̄ sumpta ē ex. vj. d tri. q̄ nitunt ꝓbare ꝓprietates ꝑsonaꝝ non esse dei subam. k

Itē illis vbis Aug. vehemēter insistūt supi9 posit. s. ꝙ vbū ꝗm ꝙ sapia ē ⁊ eēntia. h ē ꝙ pr̄ ꝗm ꝙ vbū nō hē qd pr̄. Si inqūt vbū nō est h qd pr̄ ꝗm h ꝙ ē vbū. id q̄ quo vbū est nō ē illd qd pr̄ ē Propetas q̄ quo vbuz est. nō ē id qd pr̄ ē. nō est igit diuia eēntia. Ad qd dicim9 q2 licet ꝗm ꝙ verbū nō sit hoc quod pater ē. ea tamē ꝓprietas qua verbū ē est id qd pr̄. i. diuina essentia. ꝗ nō est hypostasis patris.

q2 ablatiu9 i portat habitudinē i ratione forme siue cause formal ꝗuis i diuis non cadat hec bitudo cause ꝗtū ad rē. tn̄ ꝗtū ad rōnez intelligendi. Pōt ḡ causalitas cadere sub negatiōe vt sit negatō causalitat. ⁊ tūc locutio ē vera ⁊ i h sensu accipit aug9 ⁊ mgr̄ expoīt Est ei sensus nō eo est de9 q̄ pr̄. q2 pr̄nitate est pr̄. tāq̄ ratiōe dicēdi vel intelligēdi. non sic aūt pr̄nitas ē rō dicēdi ipm esse deū vel intelligēdi. ⁊ tūc locutio vera ē ⁊ nihil facit ꝓ porretano. Pōt iteruz esse causalitas negationis. ⁊ tūc est falsa. ⁊ ē sensus. non eo est deus q̄ pater. i. ꝗtū ad id qd est pater nō est deus. ⁊ i hoc sensu accipit porretan9. ⁊ ita est falsus intellectus. ⁊ sic non accipit Aug9.

⁊ refert ⁊ distinguit. ⁊ si hoc rn̄deat. adhuc manet questio q̄re ꝑsona refert. ḡ rn̄det q2 vna est essentia. tres ꝑsone. Si tu q̄ras hmōi oīno simile. nō inuenies. ⁊ iō i fundamēto fidei oportet sistere d ¶ Nos aūt aliter

6 fore ista intelligēda ⁊c. Notandū sup ista solutiōe magistri quā ponit hic ꝙ locutiōes iste qs ꝓponit Aug. scz pr̄ nō est in eo suba q̄ est pr̄ ⁊ ꝯsimiles duplices sūt

Ad intelligentiā p̄ntis distinctiōis q̄ttuor q̄rūtur. Primo q̄rit de cōparatiōe ꝓprietatis ad ꝑsonā. Scdo de cōparatiōe ꝓprietatis ad essentiam. Tertio de cōparatiōe vni9 proprietatis ad aliam. Quarto de cōparatiōe eiusdē ꝓprietatis ad seipsam.

¶ Questio I a

De cōparatiōe ꝓprietatis ad ꝑsonā. ⁊ q̄rit vtrū ꝓprietas sit ꝑsona. ⁊ ꝙ nō. ōndit h modo. Ubicūq3 est vere determinās ⁊ determinatū ꝗm rē. ibi determinās differt a determinato. Nā si nō differt. nō est determinās vere sz totū est determinatū. sz ꝑsona in diuis est vere determiatū. ⁊ ꝓprietas vere determinās. q2 propetas vere ⁊ nō ꝗm modū dicēdi solū distinguit ꝑsonā. ḡ propetas differt a ꝑsona. sz dr̄ia nō ꝑdicat de se in abstractiōe. ḡ nec propetas de ꝑsona. vl' ecōuerso ¶ Itē vbicūq3 est vere abstractū ⁊ ꝯcretū. ibi differt qd abstrahit ab eo a q̄ abstrahit. sz propetas significat in ꝯcretiōe ad ꝑsonā cū d2 pr̄. et in abstractiōe cū d2 pr̄nitas. ⁊ nō tm̄ est dr̄ia i mō loq̄ndi q2 aliq̄d d2 de pr̄e qd nō de paternitate. ḡ vere differt paternitas a ꝑsona. sz qd vere differt ab alio. nō ꝑdicat de eo i abstractiōe. ḡ ⁊c. ¶ Itē vbicūq3 ē absolutū ⁊ respectiuū. absolutū nō est ipe respect9 ꝗtūcūq3 seipo referatur. Uñ ꝗuis materia seipa referat ad formā. tn̄ nō est ipe respect9 ad formā. ḡ cū in diuis ꝑsona vere sit substātia absoluta. relatio sit ver9 respect9. ꝗtūcūq3 seipa referat ꝑsona. nō est ver9 respect9. siue ipe respect9. nec ecōuerso. ḡ propetas ñ est ipa ꝑsona ¶ Ex his trib9 suppositiōib9 arguebat porretan9. ꝙ ꝑsona nō est propetas. nec ecōuerso. ⁊ q2 oīe qd est i ꝑsona est ꝑsona propter summā simplicitatē. arguebat vlteri9 ꝙ proprietates nō sunt in ꝑsonis. sz assistūt. Et ꝙ ista positio sit ꝯueniēs. videt aucte Boe. de tri. Dicit enī ꝙ relatō nō in eo qd est esse consistit. sz in cōparatiōe. ¶ Itē h ipm

ostendit ratiōe. q2 oīe qd aduenit alicui ⁊ recedit sine sui mutatōe nō ꝑdicat aliq̄d qd sit in illo. sz soluz est assistens. sz relatio est hmōi. vt patet in dextro et sinistro. ḡ ⁊c. ¶ Cū ḡ propetates sint relatiōes. non sunt ꝑsone nec in ꝑsonis. sed assistūt. ¶ Cōtra. oīe simplicissimū est id qd h3. excepto eo ad qd relatiue d2. hec est Augu. in. xj. de tri. ⁊ ꝑ se nota ē. sz diuia ꝑsona est simplicissima. alit nō esset de9. ⁊ nō d2 relatiue ad ꝓprietatē. ḡ est ꝓprietas. ¶ Itē oīe ꝑfectissimū est oīe illud a q̄ ꝑficit ⁊ denoiat. hec est ꝑ se nota. q2 aliter denominās ⁊ ꝑficiēs esset ꝑfecti9 eo. Et augu. istā ꝓponit. vj. de tri. dicēs. ꝙ ipe de9 est maximus. iō est sua magnitudo. sz ꝑsona diuina est ꝑfectissimuz q̄d ⁊ denoiat sua propetate. ḡ ꝑsona est sua propetas ⁊ pater est paternitas. ¶ Itē oīe simplr̄ ꝑmū est q̄c q̄d habet ex toto eo ꝙ ex illo. Nā si habet aliq̄d qd ñ sit ab ipo. vel qd nō sit ipm. illud est eq3 ꝑmū vt ipm ergo ipm nō erit simplr̄ ꝑmū. sz pr̄ habet pr̄nitatem. ⁊ paternitas nō est ab ipo. ⁊ ipe est simplicit ꝑmus. ergo pater est paternitas. eadē ratione fili9 est filiatio. ⁊ spūssanctus ꝓcessio. Ex his cōcludit ꝙ propetates nō sunt tm̄ ꝑsone. sed etiā in ꝑsonis. Et ꝙ istd verū sit videt autoritate Hierony. Tres inq̄t personas expressas sub proprietatib9 distinguim9 i libro de expositione fidei catholice ad philip. ¶ Itē hoc videt ratione. q2 oīe qd est. aut est ens ꝑ se. aut in se aut in alio. Propetates igit aut sunt ꝑ se entes. ⁊ ita substantia. aut in alio. Si in alio. nō enī in ꝑsonis. quia propetas nō est nisi in eo cui9 est propetas. Si ꝑ se. ḡ proprietas est suba. aut ergo creata. aut increata. aut media. Sz nō creata nec media. istud ꝯstat ḡ restat ꝙ increata. ergo sunt ꝑsone. ¶ R9. dōm ꝙ d 7
cōparatiōe propetatis ad ꝑsonā triplex fuit opinio

1 Prima positio fuit ꝙ proprietates nõ sũt psone nec ĩ p
sonis sꝫ assistũt psonis. sicut relatiões. Et ratio q̃ mo
uit istos fuit psonaꝝ pluralitas ⁊ diuina simplicitas
Quia em̃ psone plures sunt. plures habẽt proprietates
que vero differẽtes sunt. ⁊ q꞉ differentes sunt. si essent in
psona. auferrẽt ei simplicitatẽ. que cũ nõ possit aufer/
ri a diuinis: posuerũt proprietates esse assistentes psonis
nõ eẽ psonas ⁊ huic videt̃ cõsonare nat̃a relatõis. q̃ nõ
videt̃ esse in sub̃a nec p̃dicare aliquid in subiecto. sꝫ di
cere respectũ ad aliud. Et hec positio ⁊si rationabilis
aliquo modo fuit. tñ stare nõ potest. q꞉ ponebat relati
ones in diuinis nec deũ esse nec creaturã. vnde etiaꝫ si
in principio sui modicũ ꝯtinet errorẽ. tamen ducebat
ad magnũ. ⁊ ideo retractata fuit in ꝯcilio remẽsi. ⁊ ma
gister gilbertus porretan⁹ ore proprio retractauit. Jõ
fuit secũda opinio multũ differẽs ab ista. videlicet ꝙ
ꝓprietates omino sint psone. nec differant nisi solũmo
do in modo loquẽdi. ⁊ tñ sunt tres ꝓprietates. sic̃ sunt
tres psone. Et ista positio fundata est similiter sup di
uinã simplicitatẽ. Quia em̃ psone sunt simplicissime.
seipsis distinguunt̃. ⁊ ip̃e sunt sue proprietates. nec hñt
alias differẽtes re. sꝫ solo modo loquẽdi. Et ista posi/
tio fuit magistri p̃positiui. ⁊ mag꞉ est ꝓbabilis q̃ꝫ p̃ce/
dens. Attamẽ ip̃a improbata est supra dis. xxvj. quia
vna psona plures habet relationes q̃ sunt vere relati/
ones. ⁊ plures psone habẽt vnã proprietatẽ. ⁊ vna pso
na alio ⁊ alio modo se habet ad filiũ ⁊ ad spũm sanctuꝫ
⁊ s̃m rem. Ex quo necessario sequit̃ ꝙ realiter aliq̃ mo
do differt ꝓprietas a psona. ⁊ non solũ in modo loquẽ/
di. sicut dicebat magister p̃positiu⁹. Et ꝓpter hoc itel/
ligendum ꝙ vtraq꞉ p̃dictaꝝ positionũ aliquid veri di
cit. ⁊ in aliquo deficit. Nam p̃ma que dicebat ꝙ prop̃/
etates aliquo modo differãt a psonis. veꝝ dixit. sed ĩ
hoc male. ꝙ dixit simpliciter differre. Sequẽs q̃ dixit
ꝙ proprietates sint psone. veꝝ dixit. sed in hoc excessit
ꝙ dixit ꝙ nullo modo differant a psonis. Jdeo ex his
duab꞉ positionib꞉ conflat̃ vna ⁊ cõmunis positõ quã
tenent modo magistri cõmuniter. ꝙ proprietates sunt
psone ⁊ in psonis. tñ aliquo modo differunt a psonis
Et ꝙ ista positio sit cõueniens patet. si quis inspiciat
naturã proprietatũ. Dictũ em̃ est supra cũ querebatur
q̃d esset proprietas in diuinis. ꝙ erat relatio. dictũ est
etiã ꝙ relatio ratione cõparationis quã habet ad sub/
iectum transit in sub̃am in diuinis. ⁊ ideo de subiecto
suo omnino vere predicat̃. vt pater ẽ paternitas. Ra
tione vero cõparatiõis quã habet ad obiectũ. manet ve
rissime in diuinis. ⁊ habet q̃dammodo differentiam a
psona. Nec facit s̃m hoc cõpositionẽ sꝫ distinctioneꝫ
uinam essentiā in co̅paratione siue in respectu ad cre/
aturā. Ydea em̄ est similitudo rei cognite. que q̄uis in
deo sit quid absolutū. tame̅ ſm modū intellige̅di dicit
respectū mediū inter cognoscens ꝛ cognitū. q̄uis ille
respectus ſm re̅ plus se teneat ex ꝑte cognoscentis. q2
est ip̄e deus. tame̅ ratio̅e intellige̅di siue dice̅di similitu
do plus se tenet ex ꝑte cogniti. ꝛ q̄m cognosce̅s e̅ vnū
ꝛ cognita sunt multa. ideo om̄es ydee in deo sunt vnū
ſm rem. sed tn̄ plures ſm ratione̅ intellige̅di siue dice̅
di. Un̄ co̅cedende sunt om̄es ratio̅es in deo esse vnum
quid. sed no̅ vnā ydeā siue ratione̅. sed plures ¶ Ad il
22 lud ergo qd̄ obijcit̃. ꝙ isti rationi subest ex ꝑte rei. Di/
cendū ꝙ falsū est. q2 respectui subest ex ꝑte dei essentia
non respectꝰ. ex parte ṽo creature subest verꝰ respectꝰ
ꝛ ideo respectꝰ ille signatus no̅ inducit falsitate̅ sic plu
ralitati respectuū. q̄uis no̅ subsit pluralitas ex ꝑte dei
subest tame̅ ex ꝑte co̅notatoꝝ. vnde respectꝰ ille sic plu
rificatꝰ no̅ habet falsitate̅ nec vanitate̅ ¶ Ad illud qd̄
23 obijcit̃. ꝙ verbū ꝛ ars dicunt respectū. Dicendū est ꝙ
dicūt. sed aliter q̄ ydea vel ratio. quia ydea siue ro̅ co/
gnoscendi plus se tenet ſm ratione̅ intellige̅di ex parte
cogniti. Similitudo em̄ ſm ꝙ huiuſmo̅i no̅ dicit respectū
ad id in quo est sed cuiꝰ est. sed verbū plꝰ se tenet a ꝑte
dice̅tis. similiter ꝛ ars ꝛ exemplar ex ꝑte ꝓduce̅tis. Et
quia multa sunt cognita ꝛ vnū cognoscens. ideo ydee
sunt plures ꝛ ars tm̄ vna. Ul̕ aliter. ratio ꝛ ydea dicūt
respectū ad res inquantū distincte sunt. no̅ sic alia vo
cabula. ¶ Ad illud qd̄ obijcit̃. ꝙ co̅notata sunt plura 24
ab eterno. dōm ꝙ pluralitas est in ydeis ratione con/
notatoꝝ. sed de co̅notatis est loqui dupliciter. aut in/
quantū sunt. aut inquantū co̅notata. Inquantū sunt
sic sunt solū ex tp̄e. inquantū aūt co̅notant̃. sic possunt
co̅notari ꝛ eternaliter ꝛ tp̄aliter. Eternaliter q2 respe/
ctus importat̃ in habitu. sicut ꝑ hoc nomen p̄destina/
tio. ideo p̄destinatio est eterna. quia co̅notat effectum
no̅ in actu sed in habitu. Tempaliter vero quando re
spectus importat̃ in actu. sicut ꝑ hoc verbū creare. q̄/
niam ḡ si co̅notant̃ tp̄alia vt futura sunt. ꝛ futura sūt
multa. ideo co̅notant̃ vt multa. sed tn̄ sic co̅notata q̄/
uis ab eterno co̅notent. no̅ tame̅ sunt ab eterno. sed ex
tempe. ita multitudo co̅notatoꝝ q̄uis ab eterno dica 25
tur. tame̅ no̅ ponit reale̅ multitudine̅ nisi ex tp̄e ¶ Ad
illud qd̄ querit̃ vtrū ſm esse ydeatoꝝ sint ydee plures.
dōm ꝙ sic ſm esse qd̄ habiture sunt res ydeate. ꝛ in ꝓ/
prio genere. ꝛ q̄uis illud no̅ habeāt nisi ex tp̄e. tamen
ab eterno fuerūt habiture. ꝛ ydee sunt reꝝ vt future sūt
ideo intelligunt̃ no̅ tm̄ plures ex tp̄e. veꝝ etiā ab eter/
no. Sic differt p̄destinatione̅ fuisse ab eterno ꝛ repro/
batione̅ no̅ ratione eiꝰ qd̄ fuit ab eterno. sed ratio̅e eiꝰ
qd̄ futuꝝ erat ex tp̄e. ¶ Ad illud qd̄ obijcit̃. si plures 26
ydee. ergo plures res. Dicendū ꝙ ydea no̅ dicit tm̄ qd
est. sed respectū ad id qd̄ futuꝝ est. vel etiam potest ee̅.
ꝛ ratione illius respectꝰ recipit plurificatione̅ Et q2 il
le nihil ponit in actu sed solū in pote̅tia. hinc est ꝙ plu
ralitas ydeaꝝ eterna no̅ ponit aliquā pluralitate̅ actu
alem. sicut no̅ ponit̃ si dicatur ꝙ potest facere plura.
Sed hoc nomen res absolute importat quod dicit. et
ideo cū dicit plures res esse. ponitur pluralitas i̅ actu
ꝛ ideo argumentū no̅ valet. ꝛ ideo est ibi quid ꝛ simpli
citer. Sicut si dicat̃ plura sunt possibilia deo. vel plu
ra sunt cognita. ergo plura sunt. Nec sic valet. plures
ydee sunt. ḡ plures res sunt. q2 ydee no̅ sunt plures ra/
tione eiꝰ qd̄ sunt. sed ro̅ne eiꝰ ad qd̄ sunt.

¶ Questio IIII d

Utrum ydee plurificent̃ ꝑ co̅paratione̅ ad ydeata. ſm
multitudine̅ ydeatoꝝ quantū ad diuersitate̅ vniuersa
lium vel singulariū. Et ꝙ singulariū videtur. q̄m per
ydeas est ratio distingue̅di. sed deus no̅ tm̄ distinguit
vniuersale ab vniuersali. sed etiā singulare a singula/
ri. Sed q2 distinguit vniuersale ab vniuersali. io̅ ha/
bet pluriū vniuersaliū ydeas ꝛ rationes. vnde alia ra
tione co̅ditus est equꝰ. alia ratione co̅ditus est homo.
ergo ꝛc̄. ¶ Ite̅ cognitio rei verissima. est rei ſm totali
tatem. sed singulare aliquid addit supra vniuersale. ḡ
cum deꝰ totū cognoscat. no̅ tm̄ habet ydeā vniuersalis
sed etiā supadditi. s. singularis. similiter ꝛ alterius sin
gularis. ḡ si addita sunt diuersa ſm ratione̅ siue multi
tudine̅ ydeale̅. patet ꝛc̄. ¶ Item deꝰ quosdā ex homini
bus p̄destinat. quosdā reprobat. sed alia ratio̅e quos/
dam p̄destinat. ꝛ alia ratione quosdam reprobat. ḡ ſm
aliā ratione̅ ꝛ ydeā sunt p̄sciti ꝛ predestinati in deo. sed
hec est diuersitas indiuidualis siue numeralis. ḡ ꝛc̄.
¶ Item ydea multiplicat̃ in diuinis ratio̅e respectus
ꝛ relatio̅is ad ydeatū. ḡ multiplicato vno. multiplica
tur ꝛ reliquū. cū homo qui est ydeatū multiplicetur in

diuersis indiuiduis fm rem. multiplicabit ydea respe
ctu illoꝝ fm rationē. ¶ Cōtra. Aug⁹. ad nebridiū. di
co quantū ad hoīem faciendū ptinet. tm̄ quandā hoīs
nō meā vel tuā ibi esse rationē. g̊ multiplicatio vel di/
stinctio ydeatoꝝ. attendit solū fm diuersitatē vniuer/
salium. ¶ Itē artifex creatus p vnā ydeā pducit mul
ta. g̊ cum h̄ sit nobilitatis. deus p vnā ydeā re ꝛ ratiōe
multa diuerso numero pducit. ¶ Itē singulare vt sin
gulare est cōpositius vniuersali. g̊ si est ydea in deo sin
gularis vt singularis. tūc ergo est vna ydea altera sim
plicioꝛ. sed h̄ est incōueniēs. g̊ ꝛc. ¶ Itē singulare ma/
gis ꝓprium est q̄z vniuersale. si g̊ in deo est ydea vniuer
salis vt vniuersalis. ꝛ singularis vt singularis. g̊ vna
ydea cōmunis. altera ꝓpria. s3 cōe p̊us est ꝛ simplici⁹ est
27 q̄z ꝓpriū. g̊ vna ydea est altera p̊oꝛ ꝛ simplicioꝛ. g̊ in deo
est ponere ordinē ꝛ cōpositionē essentialē ꝛc. R⁰. dōm
q ydea in deo fm rē est diuīa veritas. fm rationē intel
ligendi est similitudo cogniti. Hec aūt similitudo est
ratio expressiua cognoscēdi nō tm̄ vniuersale sed etiā
singulare. q̄uis ip̄a nō sit vniuersalis nec singularis.
sic nec de⁹. ꝛ iō nō tm̄ est similitudo vniuersalis vt vni
uersale est. nec etiā singularis vt singulare. ꝛ ideo qꝛ si
militudo est vtroꝝ. nō solū multiplicat fm multitu
dinem vniuersaliū. s3 etiā singulariū. Et hoc est qd di
cit Aug⁹. ad nebridiū. dico q̄tum ad hoīem faciendū
ptinet. hoīs tm̄ esse rationē. q̄tū vero ad ordinē tēpo/
ris varias hominū ratiōes in illa sinceritate viuere.
Et ex hoc ptz solutio illius vbi Augu. qꝛ Aug⁹. dic q
q̄uis vniuersalis vt vniuersale est. vna sit ydea. tamē
singulariū vt singularia sunt plures. Unde ibidē dic.
q si quis velit facere angulū. sufficit habere anguli ra
tionem. Si q̄s aūt velit pingere quadrangulū. neces/
28 se est q rationē habeat quattuoꝛ anguloꝝ. ¶ Ad illud
g̊ qd obijcit. q artifex creat⁹ pducit multa p vnā ydeā
dicendū q hoc facit p applicationē ipsi⁹ ad diuersas
materias. vn̄ si habet solū ydeā vnā. impossibile est in
telligere q fm illā simplici aspectu cognoscat diuersa
de⁹ aūt simplici aspectu cognoscit singularia vt diuer
sa. ita q fm totū ꝛ fm ꝓprias differētias ꝛ ꝓprietates.
29 ideo nō est simile. ¶ Ad illud qd obijcit de cōpositiōe
ꝛ prioritate. Dicendū q nec fm rem nec fm rationem
oportet q ydea habeat ydeati ꝓprietates. nā corpalis ē
similitudo spūalis. ꝛ cōpositi est similitudo simplex.
etiā in creaturis. iō n̄ oportet q vna ydea sit simplici
oꝛ vel prioꝛ. Similitudo tn̄ fm rationē intelligēdi ha/
bet ꝓprietatē ydeati fm distinctionē. tū ꝓpter corre/
lationē. quia oportet q vno relatiuoꝝ multiplicato
multiplicet ꝛ reliquū. saltē fm rationē. tū etiā qꝛ simili
tudo illa est ratio exprimēdi ꝛ distinguendi. ꝛ iō q̄uis
recipiat ꝓprietas distinctiua. nō oportet tn̄ de alijs.

¶ Questio V e

Utrum in deo sit ponere multitudinē ydeaꝝ fm nume
rum finitū vel infinitū. Et q fm numeꝝ infinitū vide
tur Aug. ix. de ciui. dei. Una est sapiā ī qua infiniti sūt
thesauri omniū reꝝ intelligibiliū. ¶ Itē Aug⁹. vj. de
tri. dicit q fili⁹ est ars plena omniū rationū viuentiū.
s3 constat q ars illa est infinita. g̊ nō implet nisi infini
tis. g̊ sunt ibi infinite rōnes. ¶ Itē ratione videtur qꝛ
ꝯstat q deus cognoscit omēs spēs numeri. g̊ omēs ha
bent ydeas in deo. s3 spēs numeri sunt infinite. ergo ꝛc
Si dicas q sunt infinite spēs q̊ ad nos nō fm rē. Cō/
tra. ponat q omēs species numeri sint in re. hoc posi
to. de necessitate sequit q infinita simpliciter actu sint
ergo si omniū specieꝝ numeri sunt in deo ydee. ꝛ sunt ī
finite actu. patet ꝛc. ¶ Itē deus potest infinita pduce
re. sed nihil potest pducere cui⁹ nō habeat cognitionē
ꝛ ydeam. g̊ cū habeat ydeas infinitoꝝ. sed pluriū sunt
ydee plures. g̊ infinitoꝝ sunt infinite. ¶ Itē omnibus
finitis possunt excogitari plura qꝛ omni finito pōt ex
cogitari aliquid mai⁹. sed nec deus nec homo h3 plura
cogitare his que de⁹ cognoscit. qꝛ tunc dei sciētia non
esset summa. ꝛ si hoc. cū cognoscat p ydeas. patet ꝛc.
¶ Cōtra. Aug⁹. xj. d ciui. dei. Quicq̄d scitur. scientis
cōprehensione finit. s3 ꝯstat q ratiōes cognoscēdi sci/
untur. g̊ finiunt. sed quecūq3 finiunt sunt finita. g̊ ꝛc.
¶ Itē multitudo ydeaꝝ est fm multitudinē ydeatoꝝ.
sed ꝯstat omīa alia de necessitate a deo esse finita actu.
ergo similit ꝛ ydeas. ¶ Itē vbi est infinitas. ibi est cō/
fusio ꝛ inordinatio. s3 in exemplari eterno nulla cadit
cōfusio nec inordinatio. ꝛc. ¶ Itē ponere infinitatem
actu in creatura est ponere impfectionē. Unde omne
creatū eo est finitū quo pfectū. sed oīs ꝯditio impfecti
onis est a deo relegāda. g̊ ꝛc. ¶ R⁰. dicendū q sicut dꝛ 30
in p̄s. Diuine sapiē nō est numer⁹. ac p hoc nec ratio/
num p quas diuina sapiā cognoscit. ꝛ qm̄ non habent
numeꝝ. nō sunt numerabiles. iō nō sunt in numero fi/
nito. Et pcedende sunt ratiōes ꝛ autoritates ad h̄ in/ 31
ducte. ¶ Ad illud qd obijcit. q omne scibile est finitū
Dicendū q omne scibile p cōprehensionē est finitū cō/
p̄hendenti. ratiōes autē eterne p cōprehensionē a solo
deo sciunt. ideo soli deo sunt finite. s3 queadmodū non
sequit. hoc equatur infinito. ergo est finitū. immo est
ibi quid ꝛ simpliciter. ꝛ potius sequitur oppositum. g̊
nō est finitū. sic etiā est in ꝓposito iudicandū. Ratōes
aūt ille sunt cōprehensibiles ab aliquo intellectu fini/
to. ideo patet illud. ¶ Ad illud qd obijcitur q multitu 32
do ydeaꝝ est a multitudine ydeatoꝝ. dicendū q sic di/
ctum est. nō venit a multitudine ydeatoꝝ inq̄tum cre
ata. s3 inq̄tū cōnotata. ydea aūt nō ydeitatē ꝯnotat fm
actualē exigentiā. sed solū fm potentiā. ꝛ qꝛ de⁹ potest
facere infinita. q̄uis nunq̄ faciat nisi finita. idō ydee
vel rationes cognoscēdi sunt in deo infinite. qꝛ nō tm̄
sunt entiū vel futuroꝝ sed omniū deo possibilium. Ni
hil eñ potest deus qd nō actu cognoscat. ¶ Ad illud 33
qd obijcit q infinitas ponit confusionē. Dicendū q
est ponere infinitatē fm diuersitatē realē. ꝛ sic p̊uat et
distinctionē ꝛ ordinē si ponatur actu. sed multitudo
ydeaꝝ nō est reꝝ diuersaꝝ. sed dicit immensitatē diui/
ne veritatis in exp̄mendo ꝛ cognoscendo omne qd est
deo possibile. ꝛ hoc quidē fm rem ꝛ actū est vnū. iō nō
est confusio. ¶ Ad illud qd obijcitur. q impfectionis 34
est infinitas in crearura. dicendū q q̄uis sit impfecti
onis in creatura. nō tamē est in creatore. quia est intel
ligere infinitatē p defectū. ꝛ p excessum. Infinitas per
defectū potest esse in creatura vt in materia. ꝛ hoc ē im
pfectiōis. hoc aūt nullaten⁹ est in creatore. Infinitas
aūt p excessum nō potest simpliciter esse in creatura. q̄
niam habet esse creatū. ꝛ cōpositū. ꝛ limitatū. deus aūt
nihil hoꝝ habet. ꝛ ideo habet infinitatē. ꝛ hoc est sum/
me perfectionis.

¶ Questio VI. ꝛ vltima. f

Utrum in ydeis sit ponere numeꝝ ordinatū. Et q sic.
videtur. Aug. Alia ratione cōdit⁹ est homo q̄z equ⁹.
quia alius est homo. alius equus. g̊ cū homo sit nobi/
lioꝛ equo. pari ratione nobilioꝛi ydea vel ratione ē cō/
ditus homo q̄z equus. sed vbi est magis nobile ꝛ min⁹
ibi est ordo. g̊ ꝛc. ¶ Itē sicut deus p ydeas cognoscit et
pducit res distinctas. ita cognoscit ꝛ pducit res ordi/
natas. ergo sicut ponitur pluralitas in ydeis ex plura
litate cognitoꝝ ꝛ ydeatoꝝ. ita debet poni ordo ex ordie

¶ Item vbi est pluralitas siue distinctio aut est ordo aut inordinatio. sed in deo nõ cadit inordinatio nec cõfusio. ergo in deo habẽt ordinez. ¶ Contra. ydee sunt plures. quia per eas deus distincte cognoscit. sed deus non cognoscit vnũ post aliud. sed omnia simul. ergo ydee habẽt in deo simultatẽ. ¶ Itẽ si est ordo. aut ergo prioritatis. aut dignitatis. aut originis. Non prioritatis. quia tũc esset vna ydea altera posterior. quod ẽ incõueniens dicere. Nõ nobilitatis. q2 quelibet ĩ deo est summe nobilis. Nõ originis. q2 si vna de altera oriretur. tunc esset ibi vere distinctio ꝯm rem. ergo nullo modo vt videt᷑ est in eis ordo. ¶ Itẽ omnis infinitas aut omnino ꝑuat ordinẽ. aut tollit ꝑfectionẽ ab ordine quia tollit statũ ꝛ cõplementũ. sed in ydeis ẽ infinitas vt visum est in alio ꝓbleumate. ergo aut null⁹ ordo. aut incõplet⁹. sed nõ incõplet⁹. ergo null⁹. R°. dicendũ sicut

35 tactũ est in opponẽdo. nõ est ordo in ydeis siue rõnib9 cognoscẽdi ad inuicẽ. nec ꝯm ordinẽ nec ꝯm rationem. Habẽt quippe ordinẽ ydee vel ydeata. sed ad inuicem. nõ qm̃ vna prior sit altera. nec posterior. nec est vna ab alia. nec nobilior est ꝛ ideo nõ ponit᷑ ibi ordo. Et ratio hui⁹ est. q2 ydee dicũt respectũ ad res cognitas de ratione sui nois. ꝛ quia ille sunt plures. iõ ydee ex primo respectu nois plures sunt. sed ordo dicit nouũ respectum ꝛ nouã habitudinẽ. cũ vna ydea cõparatur ad aliã. ꝛ quoniã illo respectu circũscripto qua est ad ydeata. in deo ydee simpliciter sunt vnũ. nec habent ordinẽ ad inuicẽ. ideo nõ est ꝯcedendũ ꝙ ydee habeant pluralitatẽ cuz ordine ad inuicẽ. ¶ Ad illud qd 36

obijcit᷑. ꝙ alia ꝛ alia est ydea. q2 ali⁹ est homo. alius est equ⁹ ꝛc. dõm ꝙ nõ est simile. Similitudo em̃ eo ꝙ ad alterũ cõparat᷑ habet distingui. sed nõ habet nobilitari ab illo ad qd cõparatur. ꝛ quoniã ydea hoĩs nihil recipit ab hoĩe. nec ydea equi ab equo. iõ vna nõ dicit᷑ altera nobilior. ¶ Ad illud qd obijcit᷑ ꝙ de/ 37

us cognoscit res ordinatas. dicendũ ꝙ q̃uis res ordinatas cognoscat. tñ simul ꝛ eque nobiliter cognoscit. ꝛ ideo sicut ponebat᷑ distinctio in ydeis. quia distincte ꝑ eas cognoscebat. ita debet poni simultas ꝛ eq̃lis nobilitas. q2 simul ꝛ eque nobiliter cognoscit ꝛ ita nõ debet poni ordo. Sicut em̃ q̃uis de⁹ cognoscat res albas. nõ sũt ydee albe ĩ deo. sic q̃uis cognoscat ordinatas. ñ oportet ꝙ sint ĩ dõ ordinate. ¶ Ad 38

illd qd obijcit᷑ ꝙ vbi ẽ pl'alitas sine ordine ẽ ꝯfusio ꝛ ĩordinatio. dõm ꝙ falsũ ẽ q2 ꝑt ibi eẽ simultas. ꝛ sic ẽ ĩ ydeis. q2 oẽs vnũ sũt. ꝛ iõ nõ põt esse inordinatio.

¶ Dist. xxxvj. Quõ res sunt in deo

Solet hic queri. cũ oĩa dicant᷑ esse in dei cognitione. Supra egit magister de cognitiõe dei q cognoscit creata oĩa. ꝛ qm̃ cognitũ dicit᷑ esse in cognoscente. ideo determinat hic secũdo quõ res sunt in deo. Et qm̃ res create nõ tm̃ debent esse in deo. sz etiam ex deo. ꝛ ꝑ deũ. ideo ꝑmo agit de existentia reꝝ ĩ deo secũdo ꝑo cõparat ad alias habitudines. s. ex ipso. ꝛ ꝑ ipsum. ibi. Proinde si diligẽter inspiciam⁹. ¶ Prima pars habet duas. In prima oñdit qualiter res dicant᷑ esse in deo a ꝑte eius in quo sunt. vtrũ scz sunt in dei essentia sicut sunt in dei ꝑsciẽtia. ¶ In secũda qualiter dicantur esse in deo a parte ipsaꝝ reꝝ. ibi. Post ꝑdicta q̃ritur. cum oĩa dicant᷑ esse in deo. vbi querit. vtruz mala sint in deo. ꝛ soluit ꝙ nõ. Quelibet haꝝ partium potest diuidi. quoniã primo querit et opponit ꝛ postmodũ determinat. ꝛ partes manifeste sunt ĩ lr̃a. ¶ Secũda quoqꝫ pars in qua cõparat hoc quod est esse in deo ad alias habitudines importatas ꝑ alias ꝑpositiones. habet quattuor ꝑtes. In prima oñdit horum triũ conuenientiã. In secunda differentiã et apparitionẽ ibi. Preterea sciendũ est. In tertia differentiam eius qd dicit᷑ de ipso. ad hoc quod dicit᷑ ex ipso. ostendit ibi. Illud etiã hic annectendũ. In q̃rta breuiter dicta epilogat. ibi. Ex ꝑmissis apertũ est Et hec pars potest diuidi contra totam ꝑcedentem Intellectus partium patet in lr̃a.

a ¶ Dei cognitio ei⁹ vtiqꝫ eẽntia est nec tñ omnia que sunt ĩ cognitiõe ꝛc. sunt ĩ ei⁹ essentia. Videt᷑ hic male dicere. q2 hꝰ argumentũ videt᷑ esse necessariũ. si aliq duo sunt omnino eadẽ. si aliqd est in vno. ꝛ in alio Si dicas ꝙ differunt penes cõnotata. videtur falsum. q2 dei ꝑsciẽtia non ꝯnotat. Vel si dicas ꝙ ꝑscia cõnotat obijcit᷑ de hꝰ noĩe deus. qd nõ ꝯnotat ꝛ cũ dicũt᷑ oĩa esse in deo. ergo pari rõe ꝛ in eẽntia.

DI·X XXVI

R°.

¶ Qualiter res dicant᷑ esse in deo a ꝑte ei⁹ in quo sunt. vtꝝ. s. sint in dei essentia. sicut sunt in dei ꝑscientia. a

Solet hic queri cũ oĩa dicant᷑ esse in dei cognitiõe seu ꝑscientia. vel in deo ꝑ cognitionem. ꝛ cũ ei⁹ cognitio vel ꝑsciẽtia sit diuina essentia. vtꝝ ꝯcedendũ sit oĩa esse ĩ diuina essentia vel in deo ꝑ essentiã. Ad qd dicimus. q2 a dei cognitio ei⁹ vtiqꝫ essentia est. ꝛ ei⁹ ꝑscia in q̃ sunt oĩa ipsi⁹ cognitio est. nec tñ oĩa q̃ sunt in ei⁹ ꝑscia vel cognitiõe. in ei⁹ essentia esse dici debent. Si em̃ hꝰ diceret᷑. intelligerent᷑ esse eiusdẽ cum eo essentie. In deo em̃ dr̃ esse ꝑ essentiã qd ẽ diuina essentia qd est de⁹. Habet ergo de⁹ apud se in ꝑscia sua q̃ nõ habet in sui natura. Unde Aug⁹. de ṽbis aplĩ ita ait. Elegit nos añ mũdi ꝯstitutionem. Quis sufficit hꝰ explicare. Eligunt᷑ q̃ nõ sunt. nec errat q̃ elegit. nec vane elegit. Elegit tñ ꝛ hꝫ electos q̃s creatur⁹ est eligendos. q̃s habuit apud semet ipsum. nõ in natura sua. sz in ꝑsciẽtia sua. Modũ erat q̃bus ꝑmittebat᷑. ꝫ ꝛ ipi ꝑmissi sunt q̃bus ꝑmittebat᷑. Ecce hic apte dicit deũ apud semetipsum habere electos añ mundũ. non ĩ natura sua. ꝫ in ꝑscia sua. cũ tñ eius ꝑñtia nõ aliud sit q̃ ei⁹ natura. q2 ipsi⁹ ꝑscia ei⁹ ẽ noticia. Põt tñ ad electos referri cum

Preterea cõtra magistrũ videt᷑ esse verbũ Ans. ĩ mo no. ꝙ creatura ĩ creatore est creatrix essentia. ergo videt᷑ ꝙ hec sint ĩ dei eẽntia. R° dõm. ꝙ hꝰ ꝑpositio in aliqñ ꝯnotat inherentiaz. vt si dicat᷑ accñs in subiecto. Aliqñ cõnotat idẽptitatẽ vt si dicatur. ydee reꝝ sunt in deo. q sunt de⁹. non a dõ Aliqñ cõnotat causalitatem. vt si di/

Aug⁹. Eph. j.

ait. In natura sua .i. illoꝝ. illos quippe habuit ab eterno apud se nõ in natura sua .i. illoꝝ. q2 nõdũ erãt. ß in sua pſciã q2 eos nouit ac si eſſent.

¶ Qualiter res dicant̃ eſſe in deo a pte ipaꝝ met reꝝ. vtrum ſcʒ mala debeãt dici eſſe in deo vbi ſũt oĩa bona. cũ vtraqʒ ſint in ei9 cognitiõe ꝛ pſcia. oĩa eñ cognoſcit. b

Poſt pdicta querit̃. cũ oĩa dicant̃ eſſe in deo nõ p eſſentiam nature. ß p cognitionẽ ſcĩetic. ꝛ de9 ſciat bona ꝛ mala. vtꝝ pcedendũ ſit ſimpliciter mala eſſe in deo ſiue eſſe in deo p cognitionẽ. Scit eñ de9 ꝛ ſciuit ſemp oĩa tam bona q̃ʒ mala. etiã anq̃ʒ fierẽt. ꝛ pſciuit ab eterno ea futura. Ideoqʒ cũ oĩa bona diximus eſſe in deo ꝑpter pñtiaʒ cognitiõis. eadẽ ratione videt̃ dicendũ omnia mala eſſe in eo cũ ea ſp nouerit. ꝛ p cognitiõʒ ei pñtia fuerint. Precognouit eñ de9 ab eterno quoſdã futuros malos. ꝛ eoꝝ maliciam (vt ait Aug9.) pſciuit. ß nõ ppauit. Cũ ḡ peccata oĩm ſciat. nunq̃d intelligendũ eſt ea ĩcludi ĩ illa generalitate locutiõis. q̃ dixit apl's oĩa eſſe in deo. Ex ipſo in qt ꝛ p ipm. ꝛ in ipo ſunt oĩa. Sʒ q̃s niſi inſan9 dixerit mala eſſe ĩ deo. b Illa eñ eſſe in deo intelligunt̃ q̃ ex ipo ꝛ p ipm ſunt. Ea vero p ipm ſunt ꝛ ex ipo. quoꝝ autoꝛ eſt. ß nõ eſt autoꝛ niſi bonoꝝ. Nõ ergo ex ipo ꝛ p ipſum ſunt niſi bona. ita ḡ non in ipſo ſunt niſi bona. ḡc mala nõ ſunt c in deo. q2 licet ea noſcat. nõ tñ ita omĩno noſcit vt bona. mala quaſi de lõge cognoſcit. vt ait ꝑpheta. Et alta a lõge cognoſcit .i. ſuperbiã. Et alibi ad deũ loquẽs de malis ait. De abſcõditis tuis adimplet9 eſt venter eoꝝ. Qð exponẽs Aug. Abſcõdita inqt peccata ſunt. q̃ a lumine tue veritatꝭ abſconduntur. Sʒ quõ peccata a lumine veritatis diuine abſcondunt̃ cuʒ a deo ſciant̃. Si eñ nõ ſciret. q̃modo de illis iudicaret. ꝛ pill' malos dãnaret. Alibi ꝑpheta. Quia neqʒ ab oriente neqʒ ab occidẽte deeſt. Qð exponens Caſſiodoꝛ9 inqt. Neqʒ a bonis neqʒ a malis deeſt de9. ß omib9 pñs ꝛ cognitoꝛ eſt.

¶ Qð nõ ita cognoſcit de9 mala vt bona. q2 mala tñ p ſciam. bona vero p ꝓbationẽ et beneplacitum. c

Cognoſcit ḡ deus ꝛ bona ꝛ mala p ſcientiaʒ. ß bona cognoſcit etiã p approbationẽ ꝛ p bñplacitum. mala vo nõ. Vñ Caſſiod. ſup pſ. dicit. Peccata abſcõdita deo ſunt. q2 nõ nouit .i. non approbat. Et ex eo ſenſu Aug9 dixit ea abſcõdita a lumine dei Qui etiã in libro ad Heluidiũ

2 catur creature ſunt in ipſo deo. Et poteſt hec ꝓpoſitio in dici ſm quattuoꝛ genera cauſaꝝ. ſed in deo nõ dicit̃ niſi ſm tria. Quoniã ergo cauſa dicit reſpectũ ad creaturã ſm rationẽ intelligendi. ideo hec ꝓpoſitio in ſm q dicit cauſalitatẽ. nõ addit̃ niſi terminis dicẽtib9 rſpectũ ad creaturam. Et qm nomẽ ſube vl' nature vel eſſentie nõ dic̃ reſpectũ. iõ ſi dicat̃. creature ſunt in dei ſuba. hec prepoſitio ĩ. aut nõtat idẽptitatem. aut inherentiã. q̃rũ vtrũqʒ falſuʒ eſt. ꝛ iõ tales locutiões nõ recipiuntur. ꝛ in illo argumẽto ẽ ſophiſma ſʒ accñs. iõ dic̃ mgr̃ q ñ valet. q̃uiſ eñ idẽ ſint re differũt tñ in mõ ſignificãdi ꝛ ĩtelligendi.

3 Ad illud qð obijcit̃. q de9 nõ dic̃ reſpectũ. Dicẽdum q falſũ eſt. q2 impoñitur ab actu quẽ habet ad creaturã. ſic̃ dicit Dama. Unde bñ dr̃. de9 creaturarũ.

4 Ad illud qð obijcit̃. q creatura ĩ creatoꝛe eſt creatrix eſſentia. dðm q creaturã in creatoꝛe eſſe. ẽ ydeam vel ſimilitudinẽ eius apud deũ eſſe. ꝛ Anſel. vult dicere. q ſimilitudo illa eſt creatrix eſſentia. nõ q illa creatura ſit eſſentia. vnde bene ɔcedendũ q ydee reꝝ ſunt ĩ diuina eſſentia. q2 in notat idẽptitatẽ. ꝛ ẽ. ſed hoc nõ poteſt dici de creatura ſm eſſe qð habet in ꝓprio genere.

Ro. xj.

R°. Que ĩtelligantur eſſe in deo.

b ¶ Illa eñ eẽ in deo intelligunt̃ q̃ ex ipo ꝛ p ipm ſunt. Videt̃ male dicere. q2 cũ talia nõ ſunt niſi pñtia. ḡ in deo nõ ſũnt niſi ea que pſenter exiſtũt. qð eſt manifeſte falſum. ꝛ ɔtra Aug. q̃ dicit q res ſũt ĩ deo ab eterno. Si dicas q accipit eſſe in deo vt ĩ cõſeruãte. q2 ſic accipit apl's in pfata autoꝛitate. ex ipo ꝛ p ipm. ꝛ in ipo. tũc nihil facit ad ꝓpoſitũ. q2 mgr̃ accipit eſſe in ſm q dicunt̃ res eſſe in dõ eternaliter. Si tu dicas q res actualit̃ ſunt ex deo vel p deũ ex tpe. ſed habitudinaliter ab eterno. tũc quero qualiter actualiter ſunt in deo ab eterno. ꝛ nõ eternaliter ex deo vel p deum. R°. dðm q eſſe in deo vel p deũ põt accipi vel ſm 5 aptitudinem vl' ſm actũ. vel ſm habituʒ. Si ſm actuʒ. ſic pdicta autoꝛitas nõ eſt intelligẽda pſciſe q illa ſola ſint in deo. q̃ ſunt ex deo vel p deũ. q2 multa de9 cognoſcit. q̃ ſunt in dõ que tñ nõ ſũt ex ipo. nec p ipſum nec erũt. Poteſt iterũ accipi ſm habitũ. ꝛ ſic adhuc nõ eſt intelligenda pſciſe. q2 multa de9 cognoſcit ꝛ põt facere que nõ faciet. et tñ ſunt in ipſo. nec vnq̃ʒ erũt ex ipſo. nec p ipſũ. Põt iteꝝ intelligi ſm aptitudinem. ꝛ tũc pciſe habet veritateʒ. quia nihil eſt in deo. niſi ſit aptũ eſſe ex deo. ꝛ per ipm. ꝛ ſic valet ad propoſitum. ꝛ ſic ĩtelligit magiſter. ꝛ p hoc excluduntur mala q2 deus non põt facere mala. nec mala poſſunt eẽ ex ipſo. nec p ipʒ

Pſ. cxxx viij.

Pſ. lxxiiij

6 Qð querit̃ q̃re nõ dicuntur res eternaliter eẽ ex deo ꝛc. dicendũ. q non eſt ſimile q2 alie ꝓpoſitões ſignificãt p modum fieri. ꝛ motus. ꝛ actus. ſed hec ꝓpoſitio in. p modũ quietis. Et q̃niam de9 nõ fecit niſi ex tpe. nec fuit cauſa actualit̃ cauſans. nec ex tpe. licet habitualiter ab eterno. ideo magis dicunt̃ res eternaliter in deo q̃ʒ ex deo.

c ¶ Mala non ſunt in deo. ꝛ paulo põſt ſubiũgit. bona cognoſcit etiã p approbationẽ ꝛ p beneplacitũ. mala vero nõ 7 ſuꝑple cognoſcit deus p approbationẽ. Videt̃ male dicere. q2 approbatio reſpicit voluntatẽ. ſed eſſe in deo reſpicit ab eterno exemplaritatẽ. ḡ noticia approbatiõis nihil ad hoc facit. Itẽ mgr̃ videt̃ inſufficiẽs in diuiſione diuine cognitiõis. q2 ſicut bona cognoſcuntur noticia approbatiõis. ita mala noticia reprobationis. Itẽ

insinuat cognititionē dei variis modis accipiendā inquiens Si ad sciam referas non ignorat de⁹ aliq̄s vel aliqua· q̄ tñ in iudicio q̄busdā dicet· Nō noui vos· ẜ eoꝝ ip̄robatio h̄ verbo insinuata est· Ecce nō cognoscere dr̄ de⁹ que non approbat q̄ ei nō placēt· Apparet itaq̄ʒ veꝝ cē q̄d dixim⁹· s· q̄ꝛ q̄dammō cognoscit de⁹ bona· quo nō cognoscit mala· Pariter quidē vtraq̄ʒ eodem q̄ʒ modo noscit q̄ʒtū ad noticiam· ẜ bona etiā approbatiōe ⁊ bn̄placito cognoscit·

Quare bona tm̄ dicant̄ esse in deo ⁊ nō mala· d

Et inde est q̄ bona tm̄ dicūtur esse in deo nō mala· ⁊ illa ꝑpe· hec longe· q̄ꝛ licet in deo aliq̄ dicant̄ esse ꝑpter cognitiōis p̄ñtiam· ⁊ de⁹ bona ⁊ mala cognoscat· mala tñ nō cognoscit nisi p̄ noticiā· bona vo nō solū p̄ sciētiam ẜ etiā p̄ approbationē ⁊ bn̄placitū· Et ob talē cognitionē aliqua dicunt̄ esse in deo· scʒ q̄ꝛ ita ea scit vt etiā approbet ⁊ placeant· id est· ita scit vt eoꝛuʒ sit autoꝛ·

Quō cōueniāt ista tria oīa eē ex deo· ⁊ p̄ ip̄m ⁊ in ip̄o· e

Proinde si diligenter inspiciamus· idē videt̄ esse oīa eē ex dō ⁊ p̄ ip̄m· ⁊ in ip̄o· Vn̄ Amb· i· ij· li· de sp̄ūscō· Hec tria ex ip̄o· ⁊ p̄ ip̄m· ⁊ in ip̄o· oīa vnū esse supra dixim⁹· Cū dicit p̄ ip̄m esse oīa· nō negauit i ip̄o esse oīa· d Eandem vim habent oīa hec· scʒ ex ip̄o· ⁊ in ip̄o· ⁊ p̄ ip̄m· ⁊ vnum in his atq̄ʒ ꝯsimile· nō ꝯtrariū intelligit̄· Ecce habes q̄ꝛ ex eadē intelligētia scp̄tura dicit oīa eē in ip̄o· ⁊ p̄ ip̄m· ⁊ ex ip̄o· vel cum ip̄o· Cū ḡ ex eadē ratiōe oīa dicant̄ esse ex deo vel p̄ ip̄m· non solū q̄ꝛ scit· ẜ etiā q̄ꝛ eoꝛū autoꝛ est· ꝯsequit̄ vt eadē ratione ita esse in deo dicant̄· s· q̄ꝛ scit ⁊ eoꝛum autoꝛ esse dr̄· q̄ꝛ in illo viuimus· ⁊ mouemur· ⁊ sum̄⁹· quia eo autoꝛe sumus· mouemur ⁊ viuim⁹· Cum ḡ nō sit autoꝛ nisi bonoꝛ· merito sola bona in eō esse dicunt̄ sic ex ip̄o ⁊ p̄ ipsum· Cū ḡ in eius cognitiōe vl' p̄sentia sint oīa· s· bona ⁊ mala· in eo tñ nō dicunt̄ esse nisi bona q̄ꝛū autoꝛ est· Vn̄ Aug⁹· in li· de natura boni· Cum audim⁹ inquit ex deo ⁊ p̄ ip̄m ⁊ in ip̄o esse oīa· oēs vtiq̄ʒ naturas intelligere debem⁹· ⁊ oīa q̄ naturaliter sunt· Neq̄ʒ eñ ex ip̄o sunt p̄ctā que naturā nō seruāt· ẜ vitiāt· que ex volūtate peccantiū nascunt̄ oīa· Hic apte dr̄· q̄ in illa generalitate locutiōis bona tm̄ cōtinentur·

Quō differāt oīa esse ex dō ⁊ p̄ ip̄m· ⁊ in ipso p̄ distinctionē p̄sonaꝝ· f

Preterea sciēdū est· q̄ licet ibi indicet̄ distinctio p̄sonaꝝ cū dr̄ ex ip̄o· ⁊ p̄ ip̄m· ⁊ in ip̄o oīa· tñ ex patre ⁊ p̄ patrē ⁊ in p̄re sunt· Similit̄ de filio ⁊ sp̄ūsancto accipiendū est· Vn̄ Aug⁹· in· j· li· de tri· Nō ꝯfuse inq̄t accipiēdū est q̄d ait ap̄l's· ex ip̄o· ⁊ p̄ ip̄m· ⁊ in ipso· Ex ip̄o dicēs ꝑpter p̄reʒ p̄ ip̄m ꝑpter filiū· in ip̄o ꝑpter sp̄msc̄m· Vigilāter aūt attēde ne quia patrē volens intelligi: dixit ex ip̄o· sic intelligas oīa eē ex patre· vt neges om̄ia esse ex filio vel sp̄ūscō· cū ex p̄re ⁊ p̄ patrem ⁊ in p̄re· oīa esse sane dici possint· similiter ⁊ de filio ⁊ de sp̄ūsancto dicendū est·

Quō differāt ex ip̄o· ⁊ de ip̄o· i· q̄ nō oīa q̄ ex deo sunt etiā de ip̄o sunt· ẜ ecōuerso· g

Illud etiā hic annectendū est· q̄ nō oīa que dicunt̄ esse ex dō· etiā de ip̄o cē dici debeant· Q̄ꝛ

approbatio· aut nihil aut aliq̄d addit sup̄ noticiam simpl'r aut n̄· Et si nō· ḡ nō est in deo distinguere noticiā ⁊ noticiā approbatōis· Item si nihil addit· ḡ sic sunt in deo q̄ cognoscit approbando· ita etiā illa q̄ cognoscit simpl'r· Si aliq̄d addit· ḡ videt̄ q̄ diuia noticia sit composita· Si dicas q̄ addit ꝯm intellectū· sʒ intellect⁹ nr̄ nō facit res eē i deo· ḡ nec noticia approbatōis· R⁹· dōm q̄ approbatio sup̄ cognitionē ꝯm itellectū addit beneplacitū volūtatꝭ· h̄ aūt bn̄placitū ꝯnotat bonitatē i deo respectu cuius ē· q̄ꝛ dō n̄ placet nisi bonuʒ· ⁊ esse bonū inq̄ʒtū hmōi· deo sil'e est· ḡ si ydea dic̄ rōnem cognoscēdi ꝯm assimilatiōʒ oīa q̄ de⁹ cognoscit· noticia approbatiōis sunt in ip̄o· Sʒ notādū q̄ approbatō p̄t ꝯnotare bonitatē in actu· ⁊ sic nō est p̄cise veꝝ q̄ om̄e q̄d est in deo sit cognituʒ noticia approbationis· P̄ōt iterū ꝯnotare bonitatē i potētia sic exemplar cōnotat rei entitatē· non q̄ꝛ sic· sʒ q̄ꝛ de⁹ p̄t eā facere ⁊ sic nihil est in dō nisi q̄d cognoscit noticia approbationis· q̄ꝛ sic cognoscit om̄e bonum q̄d est vel q̄d p̄t facere· ⁊ illi⁹ hʒ exēplar· ⁊ iō illud tm̄ ē in deo· Q̄d ḡ obijcit̄ q̄ volūtas nō facit q̄ sint i deo· dōm· q̄ h̄ nō est· q̄ꝛ volūtas i actu· sʒ q̄ꝛ de⁹ nihil p̄t facere q̄d nō approbet tāq̄ʒ bonū· vn̄ approbatio poti⁹ dicit ibi iudiciū rōnis q̄ʒ affectū volūtatꝭ· Q̄d q̄ritur si addit· dōm· q̄ addit a p̄te nr̄i intellect⁹ ⁊ a p̄te ꝯnotati· ⁊ a p̄te ip̄i⁹ dei nō· nō sic aūt addit rep̄batio ⁊ iō magister n̄ poīt noticiā rep̄batiōis ꝑ mēbro.

d Eandem vim hn̄t oīa hec· s· ex ip̄o ⁊ in ip̄o ⁊ p̄ ip̄ʒ· Obijcit ꝯtra hec Amb· v̄ba q̄ si habēt eandē vim· ḡ videt̄ h̄ esse īculcatio v̄boꝝ· Itē aut accipit̄ eē i ip̄o sic in exēplari· aut sicut i causa ꝯseruāte· Si tāq̄ʒ in exēplari· constat q̄ aliō ē esse i ip̄o ⁊ ex ip̄o sic p̄osten sum ē· Si tāq̄ʒ i ꝯseruāte adhuc ē aliō p̄duci· aliud ꝯseruari· Itē si eandē vim hn̄t· sic ex ip̄o approp̄at̄ p̄ri ita p̄t approp̄ari filio ⁊ sil'r p̄ri erit approp̄iare i ipso· R⁹· dōm q̄ ē loq̄ dō illis tribus circūlocutiōib⁹ q̄ʒtū ad illō q̄d significāt· aut q̄ʒtū ad oꝛdinē quē cōnotant· Si loq̄mur q̄ʒtuʒ ad illō q̄d signāt sic oīa dicūt esse ex deo tāq̄ʒ ex p̄ncipio p̄mo· nō aliūde moto· Oīa dicunt̄ esse p̄ deū tāq̄ʒ p̄ p̄ncipiū sufficiētissimū quod oīa agit p̄ ip̄m· Oīa dicunt̄ esse in deo tāq̄ʒ in p̄ncipio infinito q̄d nō p̄ōt facere aliq̄d extra se· sʒ oīa ambit ei⁹ v̄tus·

Act· xvij·

Ro· xj·

vt ait Augꝰ. in li. de natura bo.
Nō hoc significat penitꝰ ex ipo
qḋ de ipso. Qḋ eñ de ipo est pt
dici esse ex ipo. ſ nō omē quod
ex ipo est. pōt dici esse de ipo. q̄
nō est de sua suba. Ex ipso eñ
sunt celū ⁊ terra. q̄ ipe fecit ea
nō aūt de ipo q̄ nō de suba sua
sicut aliqs hō generat filiū vel
faciat domū. Ex ipo est filiꝰ. ex
ipso est ⁊ domꝰ. ſ filiꝰ de ipo. do
mus ꝟo de terra ⁊ ligno non ď
ipso.

Epilogus predictorum. h

Ex ꝑmissis aptū est ꝙ in dei co
gnitione siue ꝑntia sunt oia. s.
bona ⁊ mala. ſ nō omi mō sunt
ibi mala ꝗ bona. Et ꝙ in ďo bo
na tm̄ sunt sicut ex ipo ⁊ ꝑ ipm
nō mala. ⁊ ex ꝗ sensu hec acci
pienda sint assignatū est. Et ꝙ
de ipso nō ďr esse ꝓprie qḋ aliď
est ab ipso. Ex ipo aūt esse dicū
tur oīa q̄ eo autore sunt.

⁊ in his tribꝫ
circūlocutiōi
bꝫ significať.
ꝙ deꝰ est ꝑnci
piū ꝑmum. ⁊
sufficientissi
mum ⁊ infini
tissimū Et q̄
oīa hec in ďo
sunt vnum ⁊
ꝯueniunt tri
bus. iō ꝗtuꝫ
ad significa
tū dic̄ Amb.
ꝙ habēt eādē
vim. nec tñ ē
inculcatio. quia ďiuersimode importat ſm rationē
intelligēdi. Si aūt loquamur ꝗtum ad ordinē queꝫ
cōnotant ꝑposi
tionum habitu
dines. sic sūt ap
propriate tribꝫ.
Quia ex ipo dic̄
rationē primi. ⁊
ꝑ ipm dic̄ rōneꝫ
mediȷ̄ ⁊ in ipo di
cit rationem vl
timi. siuē ꝗetati
ui. ⁊ ideo ex ipso
appropriať ꝑso
ne patris que ē
prima in trinita
te. per ipsum ap
propriatur filio
qui est persona media. ⁊ in ipso spiritu sancto. qui est
ꝑsona tertia. ex his patent obiecta.

Ad intelligentiā huiꝰ partis queriť de existē
tia reꝝ in deo. Et circa hoc tria ꝑncipaliter
queruntur. Primo vtrū creature fuerūt ī deo
eternaliter. Scḋo queriť de modo existendi ipsarū
reꝝ in deo. Tertio quantū ad generalitatē reꝝ in ďo
existentiū. Utꝝ scꝫ omia que deus ꝑcognoscit fuerūt
⁊ sunt in deo. Ita ꝙ Primo de existentia. Secundo
de modo. Et tertio de numero. Quantū ġ ad ꝑmum
articulū duo queruntur. Primo queriť vtrū res fuerīt
in deo ab eterno. Secūdo vtꝝ sint in deo rōne essen
tie vel persone.

Questio I a

Qꝫ res fuerūt in deo ab eterno. videť. quia agēs co
gnoscens agit ꝑ spēm rei quā penes se habet. sꝫ res
est in anima. q̄ similitudo eiꝰ est in ea. ġ ⁊ in ďo simi
liter. Si dicas ꝙ illud exēplar nihil est rei. ġ ſm illď
nō deberet dici res esse in deo. Contra. plus facit ad
esse rei exēplar qḋ est cognitiuū ⁊ productiuū. ꝗ qḋ
est ꝓductū a re. si ergo a ratiōe exemplaris ꝓducti a
re. res est in anima. multo fortiꝰ debet dici in deo esse
ratione exēplaris ꝓducētis. sed hoc ab eterno. ġ ⁊c.
Itē similitudo ꝓducta nō est vere aliqḋ sꝫ alicuiꝰ
sed exemplar ꝑ qḋ cognoscit deꝰ vere est ipē deꝰ. ġ ve
rius est exēplar rei in deo ꝗ in aīa. ġ multo fortiꝰ res
in deo ꝗ in anima. ⁊ sic ⁊c. Itē q̄ res pōt exire de
materia. res est in materia. cū nō totaliter est in po
tentia materie. imo agētis. ġ si res que sunt in potē
tia dei totaliter ibi sunt. multo fortiꝰ debēt dici esse in
ipso. sic ⁊c. Cōtra. qḋ exit ꝑ creationē oīno nihil ē
anteꝗ creeť. sꝫ creature sic exeūt. ġ omnino nihil sūt
anteꝗ ꝓducunť. sed qḋ nō est. nec est hic nec ibi. er
go nō est in aliquo. ⁊ ita nec in deo. Itē qḋ est ī ali
quo. est ab illo. vel ſm se vel vel ſm aliqḋ sui. sꝫ res
nō est in deo ſm se. q̄ tūc essentialiter esset in deo. nec
ſm aliqḋ sui. quia nihil de ipa est eternū. sꝫ totū ex tē
pore. ġ ⁊c. Item qḋ est in aliquo est in illo ſm esse
actuale vel potēiale sed creatura non est in deo scḋm
esse actuale. quia tunc actu esset. ergo si est in deo. est
ſm esse potētiale. sꝫ oē esse potētiale ſm qḋ hmōi ē
ꝑmutabile. si ergo creatura ab eterno est in ďo ſm eē
potētiale. ab eterno est in deo ſm esse mutabile. sꝫ h
falsum. ġ ⁊ primū. Itē si creatura ďr esse in deo. q̄
potest esse a deo. ġ cū ab eterno esse a deo sit impossi
bile. nō erit creatura ab eterno in deo ratiōe potētie.
10 Rº. dōm. ꝙ aliqḋ ďr esse in aliquo tripliciť. vel ſm
actualē existētiā. vel ſm similitudinis ꝑntiam. vel
ſm creatiuam potentiā. Primo modo sunt res ī vni
uerso. Scḋo modo in cognitiua suba. Tertio modo ī
sua causa. His duobꝫ modis vltimis res sunt in deo
quia est cognoscēs res anteꝗ fiant ⁊ potēs producere
Unū q̄ ab eterno cognoscit. ⁊ potētia qua ꝓduxit ex tē 11
pore in deo fuit ab eterno. iō dicunť res fuisse ī deo ab
eterno. Ad illud qḋ obȷ̄ciť. qḋ nihil est. nō est ī ali
quo. dicendū ꝙ veꝝ est ſm ꝑmū modū existēdi. sed fal
sum ſm tertiū. q̄ illud qḋ nihil est. modo deꝰ pt facere. 12
Ad illud qḋ obȷ̄ciť ꝙ illud qḋ est ab aliquo. est in il
lo ſm se ⁊c. dicendū ꝙ ꝗtū ad secundū modū res sunt
in deo ſm aliqḋ sui. q̄ ſm exēplar. Sꝫ aliqḋ rei potest
dici tripl'r. s. essentialiter. effectiue. ⁊ causatiue. s. sicut
pars. effectꝰ. ⁊ causa. Hoc tertio modo est illud exem
plar. aliquid rei vel causa. s. ꝗtum ad potentiā causa
tiuā. quia est res ſm se nō in actu sed potētia. quia suū 13
esse potest ꝓduci a deo. Similiter ad sequēs. dicendū
ꝙ ratione exēplaritatis res actualiter sunt in deo. rati 14
one creatiōis potētialiter. quia possunt ꝓduci. Qḋ
obȷ̄ciť ꝙ creatura est in deo ſm esse mutabile. dicendū
ꝙ hoc nō est veꝝ. de eo qḋ est actu in deo. sed qḋ potest
ꝓduci a deo est mutabile. Uel dicendū ꝙ possibile ha
bet cōparationē ad diuinā potētiā. que est immutabi
lis. ⁊ sic est immutabile. vel ad ꝯnotatū tꝑale extra. et 15
sic hꝫ eē mutabile. Ad illud qḋ obȷ̄ciť de creatione
dicendū ꝙ ꝗuis actus creandi nō poterāt esse ab eter
no. tñ potētia creandi fuit in deo.

Questio II b

Utrū res sint in deo ratiōe essentie vel ꝑsone. Et ꝙ ra
tione essentie videť. q̄ qḋ inest ratione ꝑsone est ꝓpriū
qḋ inest rōne essentie est cōe. si ġ hoc est cōe tribꝫ. pꝫ ⁊c.
Preterea res in deo sunt ratione exēplaritatis. sed exē
plar creature in deo est diuina essentia. q̄ deus seipo ꝓ
ducit ⁊ cognoscit. ġ ⁊c. Itē regula est ꝙ ꝗcꝗd de deo
diciť in relatione ⁊ ad creaturā. est essentialiter dictū.
sed res esse in deo est taliter dictū. ġ ⁊c. Cōtra. ꝙ rō
ne ꝑsone videť. quia res sunt in deo inꝗtum possūt ab
ipso exire. sed ꝓducere cū sit actus est ipsius suppositi
ergo ꝑsone. Item sicut dicit Augꝰ. li. lxxxiȷ̄. q. Uer
bum dicit operatiuā potentiaꝫ. si ergo res sunt in deo
ratione potētie oꝑatiue. sunt in eo ratione ꝟbi. ġ cum
verbū sit ꝑsona. sunt in deo ratione ꝑsone. Itē Au
gustinꝰ. xȷ. de ciui. dei. ca. xxiiȷ̄. dicit. ꝙ cū ďr. dixit vt si
at. intelligiť pater. in verbo dicēdi filius. in visiōe spi
ritussanctus. ergo cū eius sit ꝓducere in quo sunt. pa 16
ter ergo ꝙ sunt ratione ꝑsone. Rº. dicendū ꝙ in di

uinis est considerare essentiā que est cõmunis vt cõis
⁊ absoluta · est considerare proprietates · ⁊ est conside/
rare cõmune vt in relatione ad propria · Primū dicit
in omnimoda absolutiōe · secundū scꝫ proprietas dicit
relationē ad personā · tertiū dicit relationē ad res · ⁊ il
la appropriata significant deū vt causam · Cū ergo q̄ri
tur · Utrū res sint in deo ratione essentie vel persone ·
dicendū ꝙ proprie loquēdo nec sic nec sic · sed sunt in
deo vt causa · ⁊ sic ratione appropriatorū que sunt essen
tialia considerata in personis · Cū ergo obijcitur · vtrū
sint in essentia · dicendū ꝙ ille rationes concludunt ꝙ
sunt in essentia cõmuniter dicta · sm̄ ꝙ cõprehēdit ap/
propriata · non sm̄ ꝙ ī omnimoda absolutiōe conside/
ratur · ¶ Qđ obijcitur ad oppositū nō concludit de per
sona ratione ꝓprioꝝ sed rōne appropriatoꝝ ·

C Onsequēter quantū ad secundū articulū que/
ritur de modo existētie reꝝ in deo · ⁊ circa hoc q̄
runtur duo · Primo querit vtrū om̄ia que sūt
in deo sint in ipo vita · Scdo querit vtrū res veri⁹ sint
in deo q̄ꝫ in vniuerso · siue in ꝓprio genere ·

¶ Questio I c

Q omnia sint in deo vita · videtur Joh · j · Qđ factum
est in ipso vita erat · sed omnis creatura est facta · ergo
omnis creatura est in ipso vita · ¶ Item Aug⁹ · v · su/
per Geñ · ad litterā · Omnia dicunt in ipso fuisse vita ·
non in sua natura · quia om̄ia nouerat anteq̄ꝫ fierent
¶ Item ratione videt · quia diuina essentia est vita · ḡ
quod diuina essentia est · etiā vita est · sed creatura ī dō
est diuina essentia · quia quicq̄d est in deo · est deus · er/
go est vita · ⁊ hoc est quod dicit Ans · in mono · ꝙ crea
tura in deo creatrix est essentia · ¶ Item intelligere est
vna differētia eius quod est viuere · cū viuere dicatur
quadrupliciter sm̄ philosophū · si ergo intelligere ē vi
uere · om̄is ratio intelligēdi est ratio viuēdi · sꝫ res sūt ī
deo sm̄ suas rationes intelligēdi · ergo sunt in deo viuē
tes · sed nō ꝑ participationē · ergo sunt vita simplicit ·
¶ Contra · Actu · xvij · In ipso viuim⁹ mouemur ⁊ su
mus · Ergo quia viuim⁹ · sumus in deo vita · Ergo qꝛ
mouemur · sumus in eo motus · sed hoc nō dicit · ḡ nec
illud debet dici · ¶ Item si res dicunt in deo vita · aut ḡ
ratione potētie · aut noticie · aut voluntatis · Nō rati/
one potētie · quia res ex hoc ꝙ potest produci ꝑ creati
onem · anteq̄ꝫ ꝓducat nihil omnino est · quia sm̄ totuꝫ
producit · si nihil est · ergo nec vita · Nec ratione noti/
cie · quia tunc cū mala sint a deo cognita · tūc mala eēnt
in deo vita · quod absurdū est · Sic ratione volūtatis ·
sed voluntas dei non est nisi futuroꝝ · ergo sola futura
viuerēt in deo · sed alia q̄ꝫ futura sunt in deo ꝑ ydeam · ḡ
non om̄e quod est in deo · est in ipo vita · ¶ Item h̄ vi/
detur · quia exēplar eternuꝫ reꝑsentat res expressissime
sm̄ qđ sunt ⁊ ab ipso exeunt · ergo cū quedam viuant ·
quedā non · quedā reꝑsentat ꝑ modū viuentiū · quedā
per modū non viuentiū · ergo quedā sunt in deo vita ·
quedā non · Ratione hui⁹ querit quare magis dicun
tur res esse in deo vita · q̄ꝫ sapiētia · vel essentia · vel in/
17 telligentia · Ad hoc voluerūt quidā dicere · ꝙ non om
nia que dicunt esse in deo sunt in illo vita · sed ea soluꝫ
que sic sunt in deo vt disposita fieri · Et ratio hui⁹ est ·
quoniā verbū ⁊ vita dicunt actū ⁊ dispositionē · et iō
dicit Ansel · quoniā verbū non est nisi eorū que sunt
vel futura sunt · ⁊ ideo solum sunt in deo vita · ⁊ ideo di
cunt ꝙ ad rationē dicendi vitā concurrit necessario ꝙ
res sint in deo quantū ad potentiā · noticiā · ⁊ volunta
tem ꝓducendi · ¶ Sed hoc nō potest stare sm̄ Augu/
stinū · Fili⁹ em̄ vt ipse dicit · vj · de trinitate · est ars ple/
na omniū rationū viuentiū · sed constat ꝙ non implet
nisi rationib⁹ infinitis · ergo infinite rationes rerū vi
uunt in deo · ergo nō solum ꝑsentiū vel futuroꝝ · sed eti
am omniū possibiliū · Et iterū Aug⁹ · li · lxxxiij · q · dicit
ꝙ ratio est etiā si nunq̄ꝫ aliquid per illā fiat · sed cōstat
ꝙ ratio in mente artificis viuit · non quia res extra ꝓ/
ducitur · viuit em̄ etiā si res corrumpat · ⁊ exterius esse
omnino nihil facit ad vitā · Et ideo patet quare nō so
lum ꝑsentia vel futura viuūt in deo · Et propterea ali/
ter dicendū · ꝙ res tripliciter sunt in deo · videlicet · Ut
in principio producēte · ⁊ sic sunt ibi ratione potentie
Ut in exemplari exꝑmente · ⁊ sic sunt ibi ratione noti/
cie · Et vt in fine cōseruante · ⁊ sic sunt ibi ratiōe volū/
tatis · Primo modo qꝛ sunt in deo sicut in principio ꝓ
ducente · cū totū ex nihilo producat deus · nihil omni/
no sunt in deo · nec vita nec aliquid · Quia vero sunt ī
deo tanq̄ꝫ in fine cōseruante · cū cōseruentur sm̄ esse qđ
habent · sic sunt quedā vita · quedā non · Unde quedā
sunt tm̄ · quedā sunt ⁊ mouent · quedam (vt homines)
⁊ sunt ⁊ mouent ⁊ viuunt · Quia vero sunt in deo vt ī
exemplari exprimēte · sic sunt in ipso vita · ⁊ quia nō so
lum in illo exemplari exprimunt entia · sed etiā omnia
cognoscibilia · ideo om̄ia sunt in dō vita que in ipo sūt
Et ideo dicit beatus Johānes · qđ factū est in ipo vi/
ta erat · Et sic patet ꝙ esse in deo attenditur sm̄ triplex
genus cause · ⁊ similiter patet · quomodo ratiōe poten
tie ⁊ noticie ⁊ volūtatis · Et sic soluit illa questio sm̄ ꝙ
genus cause · vel sm̄ quā triū cōditionū dicuntur res
esse in deo · Patet etiā ꝙ in deo dicunt vita · scꝫ omnia
que sunt in ipso tanq̄ꝫ in exemplari · ¶ Ad illud ḡ qđ
obijcitur · ꝙ in deo mouemur ⁊c · intelligendū est q̄ꝫtuꝫ 19
ad tertiū modū essendi in deo · scꝫ ꝑ conseruationē · De
us enim cōseruat in nobis vitam ⁊ operationē ⁊ essen
tiam · ⁊ quantū ad hoc intelligit dictū illud verbum ·
¶ Ad illud qđ obijcitur · cui⁹ ratione res dicunt ī deo
vita ⁊c · dicendū ꝙ ratiōe potētie ⁊ noticie simul · quia 20
ista duo cōcurrunt ad rationē exemplaris · Nō em̄ est
exemplar de⁹ nisi eoꝝ que cognoscit ⁊ potest · ¶ Ad il
lud quod obijcitur ꝙ res in illo exemplari reꝑsentant 21
vt sunt · dicendū ꝙ verū est · tamen nō oportet ꝙ ratio
reꝑsentationis sit talis om̄ino quale est reꝑsentatum ·
sicut supra ostēsum est · ⁊ ideo sicut corporaliū est ydea
spiritualis · ita nō viuentiū viuens · ¶ Ad illud quod
vltimo querit · quare magis dicunt res esse in deo vi/ 22
ta q̄ꝫ alia · dicendū ꝙ q̄ꝫuis ꝑdictum verbū multas ha/
beat expositiōes quo dicit · quod factū est in ipso vita
erat · tamē specialiter circa hoc verbū considerāda est
veritas dicti · ⁊ ratio dicendi · Ueritas dicti vt dic au
gustin⁹ est ꝙ om̄es res facte a deo · vel etiā possibiles
fieri · habent ratiōes ꝑ quas intelligunt · que quidē ra/
tiones viuere dicunt quia sunt in substātia viuēte sm̄
ꝙ viuens · ⁊ sunt etiā ratio intelligēdi · qui est act⁹ vite
⁊ ideo in artifice creato dicuntur viuere · sed in deo n̄
tantum dicuntur viuere · sed etiam ipsa vita · Quia
ipsa ratio cognoscendi est ipsa intelligentia · Ratio
autem dicendi fuit hec · Cum em̄ res habeant esse ī dō
⁊ in vniuerso · ⁊ diuersimode · quia aliquas ꝓprietates
habent sm̄ existētias in mūdo que nō cōpetūt eis sm̄
ꝙ sunt ī deo · ideo nō solū dixit · qđ factū est in ipo erat ·
sed vita · vt om̄es ille cōditiones excluderent · Creatu
re em̄ in mundo habēt esse corporale · variabile et cor/
ruptibile · Quoniā em̄ vita est actus spiritualis ⁊ con
tinuus · fluens ab ente quieto ⁊ sempiterno · dictuꝫ est
ꝙ res sunt in deo vita · vt ꝑ spiritualitatē excludat cor
poreitas · per quietē variabilitas · per sempiternitateꝫ
corruptibilitas · ¶ Questio II d

Utrum res sint in deo verius q̄ꝫ in vniuerso siue in ꝓ/

prio genere. Et q verius sint in deo videtur p Augu/
stinum. v. sup Gen. ad litterā. Omnia prius q̄ fieret
erant in noticia facientis. et vtriq ibi meliora vbi eter/
na. vbi veriora. et incōmutabilia. ¶ Item vnumqdq̄
sicut se habet ad esse. ita ad cognitionē. sed creature vē
rius cognoscunt in deo q̄ in proprio genere. ergo et vē
rius sunt in deo. ¶ Item omne qd est in aliquo. est in
eo per modū eius in quo erat. sed deus est in infinitū
nobilior mundo. ergo in infinitū nobiliori et veriori
modo sunt res in deo q̄ in vniuerso. ¶ Item nobili⁹
et veri⁹ est esse vite q̄ viuentis. sed omnia viuūt i deo
vt supra monstratū est. non aūt in genere proprio. er/
go etc. ¶ Contra. Verius est res vbi est simpliciter. q̄
vbi est solū sm quid. sed in deo solum dicit esse sm qd.
quia nō sequitur. asinus est in deo. ergo asinus est. sz ī
proprio genere sunt simpliciter. ergo verius. ¶ Item
verius est res vbi est sm principia intrinseca et proxi/
ma. q̄ vbi est in principio extrinseco et remoto. sz res ī
mundo sunt sm principia intrinseca. in deo autem vt
in principio extrinseco. ergo etc. ¶ Item verius ē res
vbi est sm propriā entitatem. q̄ vbi solū sm similitu/
dinem. sed in deo est homo et lapis et alia sm similitu/
dinem. ergo etc. ¶ R⁰. dicendū q triplex est existentia
23 rerū. scz in exemplari eterno. et in intellectu creato. et ī
ipso mundo. In exemplari eterno et intellectu creato
sunt res sm similitudinē. In ipso mūdo sm entitatez
propriam. Quando ergo querit in quo sint veri⁹. hoc
dupliciter potest queri. aut itaq fiat cōparatio eius/
dem rei ad se sm diuersum moduz existendi. vt sit sen/
sus. vbi lapis verius habet esse: vel cuz est in cogno/
scente. vel pducente. vel cū est in se. et hoc modo cōce/
dendū est q verius est vnaqueq res in proprio genere
q̄ in deo sicut probant rationes ad hoc inducte. Alio
modo potest fieri cōparatio rei ad suam similitudinē.
vt sit sensus questionis. quid habet esse verius et nobi
lius. vtrū ipsa res vel ei⁹ similitudo. et hoc modo sim/
pliciter cōcedendū q similitudo rei verius et nobilius
esse habet in deo q̄ ipa res in mundo ratione ei⁹ qd est
quia est ipe deus. et cōcedende sunt rationes ad hoc in
ducte. ¶ Adhuc. similitudines rerū in intellectu cre/
ato verius et nobilius habent esse q̄ res in vniuerso.
vt dicit Aug⁹. in tri. nō ratione eius q sunt. sed ratio
ne eius in quo. quia sunt nobiliori et spirituali ori mo/
do similitudines in intellectu cognoscente q̄ sint ipse
res in mundo cōtente. et sic patent rationes ad vtrāq
parte. ¶ Tamen ad illud argumentū quod fit de com
24 paratione esse ad cognoscere. dicendū q illud genera
liter intellectū. q res ibi est verius vbi verius cogno/
scitur nō habet veritatē. Contingit em̄ cognoscere qd
nō est. et ideo sicut ad cognosci nō sequit esse. ita nec ad
vere cognosci vere esse. nec ad verius cognosci verius
esse. Quādo ergo dicit q vnūquodq sicut se habet ad
esse. ita ad cognitionē. hoc intelligit. quia eadem prin
cipia que sunt principia essendi. sunt etiā pncipia co/
gnoscendi. sed tamen principia cōferunt esse p seipsa.
sed cognitionem nō conferunt p se sed per suas simili/
tudines.

¶ Tertio loco est questio de tertio articulo. scz gene
ralitate existentie rez in deo. Et circa hoc querūt duo.
Primo queritur mala sint in deo. Secundo vtrum in
deo sint imperfecta sm q hmōi.

¶ Questio I e

Q mala nō sint in deo. videtur. Aug⁹. de libe. arbi. in
tantū res recte vitupant. inquātū eaz vituperator ar
tem iqua facta sunt videt. vt hoc in eis vituperet qd
in arte non videt. Si ergo vituperant quantū ad ma
liciam siue inquantū mala. et hoc modo non videnti ī
deo. ergo hoc modo non sunt in deo. ¶ Item omne qd
est in deo est ex ipso et p ipsum. vt dicit Augustinus et
magister in littera. sed mala nunq̄ sunt ex deo. nec per
deum. ergo nec in deo. ¶ Item omne qd est in deo. aut
est sicut in principio pducente. aut sicut in exemplari
exprimente. aut sicut in cōseruante. sed constans est q
deus nō est principiū pducens mala. nec etiā cōseruās
¶ Item nō est exemplar exprimēs. quia ratio exēpla/
ris attenditur sm assimilationē. sed dei ad maluz nul/
la est assimilatio. ergo mala nullo modo sunt in deo.
¶ Item quāto aliquid meli⁹ est. tanto magis distat a
malo. sed deus est optimus quo nihil meli⁹ potest co/
gitari. ergo tanta distantia differt. quanta nulla ma/
ior potest cogitari. sed magis distat a malo. quod nec
habet veritatē malicie nec similitudinem. q̄ qd habet
saltem similitudinē. et in quo nullo modo est maluz. q̄
in quo aliquo modo est. ergo etc. ¶ Contra. Omē qd
cognoscitur ab aliq q est sua cognitio est in illo tanq̄
in cognoscente. sed deus cognoscit mala: quia ea pu/
nit et reprobat. et deus est sua cognitio: ergo mala sunt
in deo. Minor patet. maior similiter. quia omne co/
gnitum est in cognitione. si ergo idez est cognitio et co
gnoscens. ergo si est in cognitione. et in cognoscente.
¶ Item omne quod cognoscit in aliquo est in illo in
quo cognoscit. sed mala cognoscūtur in deo. ergo sūt
in deo. Probatio minoris. Mala cognoscūtur a deo
constat. aut intra se. aut extra. Non extra. hoc cōstat:
quia diuinus aspectus non exit extra. tunc em̄ indige
ret alio ad cognoscēdū. restat ergo q intra se. quia an/
geli cognoscunt mala in deo. Unde Augustinus sup
Gen. ad litterā. Angeli vident ī illo bona vestra que
eis placent. et mala vestra que eis displicent. ¶ Item
omne quod cognoscit in aliquo. et non per accidens:
est aliquo modo in illo sicut in exemplari. sed mala co
gnoscuntur a deo sed non p accidens. quia nihil per ac
cidens cognoscit. sed omnia per se. ergo mala sunt in
deo. ¶ Item omne quod cognoscitur ab aliquo nō p
priuationē. cognoscitur p similitudinē et ydeam: sed ī
deo non cadit cognitio per priuationē. quia nulla po
test in illo exemplari esse priuatio. cū sit purus actus:
ergo si cognoscit mala. non cognoscit per priuationē
sed similitudinem. sed similitudo est ydea in deo. ergo
mala habent ydeam in deo. ¶ R⁰. dicendum q mala 25
a deo cognoscūtur. non tamen in deo existunt sm q
mala. quia sic loquūtur in proposito. ideo inq̄ cogno
scuntur. quia sicut rectū est iudex sui et obliqui. sic sum
ma veritas et lux et actus est ratio cognoscendi. nō tan
tum veritatē et lucem et actum. sed etiam obliquitatez.
tenebram et priuationē. Unde lux seipsam et tenebram
cognoscit. Non sunt autē mala in deo. quoniam illa
Si aūt q̄rim⁹ meritū obduratōis ⁊ mīe obduratōis meritū inuenim⁹· miscđie aūt meritū ñ inuenim⁹· q̄ꝛ nulluꝫ ē mīe meritū· ne gr̄a vacuet̄ si ñ gratis donet̄· ꝟ meritꝭ reddat̄· Miseret̄ itaq̄ꝫ ꝟm gr̄am q̄ gratꝭ dat̄· obdurat aūt ꝟm iudiciū qđ meritꝭ reddit̄ Un̄ dat̄ intelligi vt sicut reprobatio dei ē nolle misereri ita obduratio dei sit nō misereri· vt ñ ab illo irroget̄ aliq̄d q̄ fit hō deterioꝛ· ꝟ tm̄ q̄ fit melioꝛ ñ erogeī· Ex his apte oñdit̄ q̄d miscđiam· q̄d obduratiōeꝫ intellexit apl̄s· Et q̄ꝛ miscđia nullū aduocat meritū· obduratio ꝟo ñ ē sine merito ⁊ miscđie ꝟbo h̄ accipit̄ p̄destinatio ⁊ p̄cipue p̄destinatōis effect⁹ obduratōis ꝟo nō ipa dei eterna reprobatio· q̄ꝛ ei⁹ nullū ē meritū ꝟ gr̄e p̄uatio siue subtractio· q̄ q̄dāmō ē reprobatōis effect⁹· Accipit̄ tn̄ aliqñ reprobatio ꝓ obduratōe· sic̄ ⁊ p̄destinatio ꝓ suo effectu q̄ ē gr̄a apposita· Gr̄a em̄ q̄ apponit̄· effect⁹ ē p̄destinatōis· Cū ḡ gr̄e q̄ apponit̄ homi ad iustificatiōeꝫ nulla sint merita· multo min⁹ ⁊ ip̄ius p̄destinatōis q̄ ab eterno elegit de⁹ q̄s voluit aliqua p̄nt existere merita· Ita nec reprobatōis qua ab eterno q̄sdā p̄sciuit futuros malos ⁊ damnādos· sic elegit iacob ⁊ reprobauit esau· qđ ñ fuit ꝑ meritꝭ eoꝝ q̄ tūc haberēt· q̄ꝛ nulla habebāt· qm̄ nec ipi existebāt. nec propt̄ futura merita q̄ p̄uident vt vel illū elegit vel illū reprobauit·

Exemplū ponit de iacob et esau dicens ꝙ nec illū elegit nec illū reprobauit de⁹ pro meritis.

¶ Remouet opinionē q̄ ducere posset in erroꝛē in q̄ fuit aliqñ Aug⁹· ꝟ postea retractauit· b

a Opinati sunt tn̄ q̄dā deū ið elegisse iacob· q̄ꝛ talē futuꝝ p̄sciuit q̄ in eū crederet ⁊ ei fuiret qđ aliqñ Aug⁹· se sensisse dicit in li· retracta· vbi apte ostēdit ꝙ si propt̄ futura merita electus eēt· iā ñ ex gr̄a eēt electio· Nō ḡ ið elect⁹ ē a đo q̄ꝛ talis futur⁹ erat· ꝟ ex electōe talis ē factus⁹ ita dicēs· Disputās q̄d elegerit de⁹ in nōdū nato cui dixit fuituꝝ eē maioꝛē· ⁊ q̄d in eodeꝫ maioꝛe silr̄ nōdū nato reprobauerit· ad h̄ ꝑduxi ratōcinatōeꝫ vt dicerē· Non ḡ elegit de⁹ opa cuiusq̄ꝫ in p̄sciētia q̄ ip̄e datur⁹ ē· ꝟ fidē elegit in p̄sciētia· ⁊ quē sibi credituꝝ eē p̄sciuit· ip̄m elegit cui spm̄ sctm̄ daret· vt bona opando etiā eternā vitā ꝯseq̄ret̄· Ecce hic apte dicit ñ propt̄ opa eū elegisse· ꝟ propt̄ fideꝫ q̄ eū p̄uidit crediturū· ꝟ q̄ꝛ ⁊ in fide meritū ē sicuti ⁊ ī opib⁹· hoc retractauit dicēs· Nōdū diligētius q̄siuerā· nec adhuc inuenerā q̄lis sit electio gr̄e de q̄ dic̄ apl̄s· b Reliq̄e ꝑ electioneꝫ gr̄e salue fiēt· q̄ vtiq̄ꝫ ñ ex gr̄a ē si ex meritꝭ p̄cedit· vt iā qđ dat̄ non ꝟm gr̄am ꝟ ꝟm debitū sibi reddat̄ poti⁹ cuꝫ meritis q̄ꝫ donet̄· Perinde qđ ꝯtinuo dixi· dic̄ ei idē apl̄s· Idē de⁹ q̄ opat̄ oīa in oībus· Nusq̄ꝫ aūt dictū ē· De⁹ credit oīa in oīb⁹ Ac deinde subiunxi· Qđ ḡ credimus nr̄ꝫ est·

a ¶ Opinati sūt tn̄ q̄dā deū ið elegisse iacob q̄ꝛ talē futuꝝ p̄sciuit. Ur ꝙ ista positio ñ sit opinio ſꝫ heresis manifesta· q̄ꝛ q̄ h̄ ponit· ponit gr̄am hoī nō gratis sed ex meritꝭ dari a deo· ⁊ iste est erroꝛ pessimus·s· erroꝛ pelagiꝭ· ¶ R⁹ dōm· ꝙ ið p̄t dicere causaꝫ meritoꝛiā vel rōnē ꝯgruitatis· Si dicat cāꝫ meritoꝛiā sic q̄ꝫuis p̄ma fronte nō dicat erroꝛē· tn̄ ad ip̄aꝫ sequitur erroꝛ· Si ꝟo dicat ratōnē ꝯgruitatꝭ· sic nō dicit erroꝛē· sed tn̄ temeritatē q̄ndā hꝫ· q̄ꝛ occulto dei ꝓfūdo nitit̄ reddere rōem· et ið vtroq̄ꝫ mō erat digna retractatione.

Explanat sententiā p̄dictoꝝ verboꝝ.

Rho·ꝑ·

b ¶ Reliquie ꝑ electōeꝫ gr̄e salue fient· Querit̄ h̄ de illo ꝟbo apl̄i

i·Coꝛ·ꝑ

qđ assumit Aug· in q̄ habitudine ꝯstruat̄ ille genitiuus· q̄ꝛ gr̄a nec videt̄ eligēs· nec electa· Et iteruꝫ· gr̄a ē solū ex tpe ḡ ⁊ electio· R⁹· dōm ꝙ si intelligat̄ de electōe tpali· tūc electio gr̄e dr̄ q̄ꝛ fit ꝑ gr̄aꝫ· Si āt de eterna· sic dr̄ electio· ñ vt gr̄a dicat habitū· sed vt ꝯstruat̄ sic̄ genitiuus ex vi declaratōis eēntie· vñ dr̄ electō gr̄e·i· gratuita q̄ merita ñ ꝯsiderat· Et si obÿcit̄ ꝙ vn⁹ gtūs ñ ꝯstruit̄ ex illa vi· dōm ꝙ veꝝ ē nisi habeat virtutē duoꝝ· Un̄ bene dr̄ vir sanguinis· et hō autoꝛitatis· silr̄ electio gr̄e·i· gratuite bonitatis·

c ¶ Precedit ḡ aliq̄d in peccatoꝛib⁹ q̄ (q̄ꝫuis nō sunt iustificati) digni efficiant̄ iustificatione· Uidet̄ falsuꝫ dicere quia peccatoꝛ ante iustificatiōneꝫ manet in peccato· ⁊ q̄ꝫdiu ē in peccato ē indign⁹ pane quo vescit̄· sicut dicit auctas· etiā ip̄a vita vt puta dei inimic⁹· ḡ ⁊c̄· R⁹· dōm ꝙ ꝟbū illđ Augꝭ· retractatū ē ⁊ retractatū ītelligit̄ ī p̄fata retractatōe q̄ ponit̄ p̄cedēti ca· Aut dignitas ibi tm̄ valꝫ q̄ꝫtū ꝯgruitas solū et multe possunt eē ꝯgruitates in pctōꝛib⁹ ad gr̄am gratū faciētē ꝑ multiplicitatē gr̄aꝫ gratis datam·

qd vo bonū opamur illi⁹ est q̄ credētib⁹ dat spm̄
scm̄ pfecto nō dicerē si iā scirē etiā ipam fidē inter
.dei munera repiri q̄ dant in eodē spū. Utrūq̄
ḡ nr̄m ē propt arbitriū volūtatꝭ. ⁊ vtrūq̄ datum
ē p spm̄ fidei ⁊ charitatꝭ. Et q̄ paulo post dixi. No
strū em̄ ē eū credere ⁊ velle illi⁹ āt dare credētib⁹
et volētib⁹ facultatē bn̄ opandi p spm̄ scm̄ p quē
caritas dei diffundit in cordib⁹ nr̄is Uex ē q̄dē
sed eadem regula est. ⁊ vtrumq̄ ipius est q: ipse
prepat volūtatem. ⁊ vtrumq̄ nr̄m. quia non fit
nisi volētibus nobis. ḡ ⁊ meritū fidei de miscdia
dei venit. Nō ḡ ppter fidem vel aliqua merita
elegit deus aliquos ab eterno. vel apposuit grāz
iustificatōis in tpe. sed gratuita bonitate sua ele
Aug⁹. git vt boni essent. Unde Aug⁹. in li. de predesti.
san. Nō quia futuros nos tales esse presciuit. iō
elegit. sed vt essemus tales p ipam electionē grē
sue qua gratificauit nos in dilecto filio suo.

¶ Remouet opinionis erronee defensionē. c

His tamen aduersari videtur quod dicit Aug⁹.
Mala. i. super Malachiam prophetā vbi scriptū est Ja
cob dilexi. esau aūt odio habui. Cui vult inq̄t mi
seretur deus. ⁊ quē vult indurat. sed hec volun
tas dei iniusta esse non pt. Uenit em̄ de occultis
simis meritis. quia ipi peccatores cū propter ge
c nerale peccatū vnā massam fecerunt. tamen est
nō nulla inter eos diuersitas. c Precedit ḡ aliq̄d
in peccatoribus quo q̄uis nondū sint iustificati.
digni efficiant iustificatiōe. Et itē pcedit in aliis
Potest di cib' retra ctasse. peccatoribus quo digni sūt obtusione. Ecce hic
videt Aug⁹. dicere q̄ ⁊ ipa dei volūtas qua alios
elegit. alios reprobat. ex meritis pueniat. s; oc
cultissimis. i. q̄ p meritis alios voluit eligere. ali
os reprobare. ⁊ q̄ p meritis aliis apponit grā iu
stificatōis. aliis non. vn̄ obtundunt. Sed q̄d in
telligere voluerit ignorat. nisi forte hoc dicat in
tellexisse quod supra diximus eū retractasse. Nā
ibidem etiā quedā alia ptinue subdit que in libro
retrac. apte retractat. quod vtrūq̄ legenti pa
tebit. Un̄ verisimile est in p̄missis etiā hoc retra
ctasse. Quidā tamē ex eo sensu accipiūt fore di
ctū. non q: aliquis p̄destinet p meritis. vel iusti
ficationis grām mereat. sed q: aliqui non adeo
mali sūt vt mereātur sibi grām nō impiri. Null⁹
em̄ dei grāz mereri pt p quā iustificat. Potest tn̄
mereri vt non apponat. vt penit⁹ abiiciat. Et q̄
dē aliqui in tantū pfundū iniq̄tatis deuenerūt.
vt hoc mereant vt hoc digni sint. alii vo ita viuūt
vt ⁊ si nō mereant grām iustificatiōis. nō tn̄ me
rent oīno repelli ⁊ grāz sibi subtrahi. Ideoq̄ di
xit in quibusdā pcedere quo digni sint iustificatō
ne ⁊ i aliis q̄ digni sint obtusione. s; hoc friuolū ē.

¶ Remouet p̄sumptuosā de p̄destinatiōe inq̄si
tōem qua aliqui falsa de occultis dei disseruerūt
carnaliter. d

Multi vero de isto pfundo querentes reddere
rōnem. atq̄ s̄m piecturas cordis sui inscrutabilē
altitudinē iudiciorū dei cogitare conātes. in fa
bulas vanitatis abierunt dicētes. Q: anime sur
sum in celo peccāt. ⁊ s̄m peccata sua ad corpora
p meritis dirigant ⁊ dignis sibi quasi carceribus
includant. Ierūt hi tales post cogitatiōes suas. Iere. xx
et volētes disputare de dei pfundo. versi sunt in iiii.
pfundum. dicētes animas in celo an̄ pue(r)satas.
et ibi aliquid boni vel mali egisse. ⁊ p meritis ad
corpa terrena detrusas esse. Hoc aūt respuit ca
tholica fides propter euidentē apli sententiā qua
ait. Cū nondū nati essent. aut aliq̄d boni aut ali
q̄d mali egissent ⁊c. Melior est ḡ fidelis ignorā Rho. ix.
tia q̄ temeraria sciētia. Elegit ḡ quos voluit gra
tuita miscdia. non q: fideles futuri erāt. sed vt fi
deles essent. eisq̄ grām dedit. nō q: fideles erāt.
sed vt fierēt. Ait em̄ apl's. Miscdiam psecut⁹ sū i. Cor. vii
vt fidelis essem. nō ait. quia fidelis erā. dat q̄dē
et fideli. sed data est etiā vt prius vt esset fidelis.
Ita etiā reprobauit quos voluit. non propter fu
tura merita que preuidet. veritate tamē rectissi
ma ⁊ a nr̄is sensibus remota. Sed queritur vtrū Questio.
sicut dicit elegisse quosdā vt boni fierent ⁊ fide
les. ita etiā pcedi debeat reprobasse q̄sdā vt mali
essent ⁊ infideles ⁊ obdurare vt peccent. Quod
nullatenus pcedi oportet. Nō em̄ reprobatio ita R.
est causa mali. sicut predestinatio est causa boni.
neq̄ obduratio ita facit hoīem malū. queadmo
dū miscdia facit bonū.

¶ Utrū de⁹ desinat aliq̄ scire vel p̄scire. e

Preterea psiderari oportet vtrū ea oīa q̄ semel Determinatō q̄ cōtin
scit vel p̄scit de⁹. sp sciat ⁊ scierit. ac p̄sciat ⁊ p̄scie git deū de
rit. an olim scierit vel p̄scierit. qd mō non scit vel sinere ali
p̄scit. De p̄sciētia p̄mo respōdem⁹ dicētes multa qua p̄scire.
eū p̄scisse q̄ mō nō p̄scit. Cū em̄ ei⁹ p̄sciētia non sit
nisi de futuris. ex quo illa q̄ futura erāt p̄sentia fi
unt vel p̄terierūt. sub dei p̄sciētia eē desinūt. sub
sciētia vo sp sunt. Presciuit ḡ de⁹ oīa ab eterno q̄
futura erāt d neq̄ p̄scire desinit nisi cū futura esse d
desinūt. neq̄ cū p̄scire desinit aliq̄ q̄ an̄ p̄sciebat.
min⁹ ea noscit q̄ an̄ cognoscebat. Nō em̄ dicit ex
defectu sciētie dei q̄ aliq̄ p̄scierit aliqn̄ q̄ mō non
p̄sciat. s; ex rōne vbi qd ē p̄sciētia. Prescire em̄ est
an̄ scire aliq̄d q̄ fiat. Ideoq̄ non pt dici de⁹ scire
nisi ea q̄ futura sunt.

¶ Deus nihil desinit scire. f

De sciētia aūt alit dicim⁹. Scit em̄ de⁹ sp oīa q̄ ali
qn̄ scit. oēm em̄ sciētiā quā aliqn̄ hz sp habuit ⁊ hz
et habebit. Ad h aūt opponit ita. Olim sciuit hūc Oppositō
hominē nascituꝝ q̄ nat⁹ ē. mō n̄ scit eū nasciturū.
sciuit ḡ aliq̄d qd mō non scit. Itē
sciuit mundum esse creandum.
modo non scit eum esse crean
dum aliquid ergo sciuit quod

d ¶ Neq̄ p̄sci re desinit ⁊c. Innuit mgr q̄ de⁹ p̄scire futura desinit cum futura esse desināt.

Cōtra. videtur falsū dicere q̄r prescīētia dicit quid eternū. sed nullū eternū desinit esse. ergo nec pscīēs desinit prescire. Itē Rich. dicit qꝫ quatuor sunt cōbinatiōes. q̄r
4 quoddā est quod habet principium ⁊ finem. quoddā quod caret pncipio ⁊ fine. quoddā quod habet pncipium ⁊ non finem vt anima. quartum quod hꝫ finem ⁊ non pncipium est impossibile. Quod eīm caret pncipio. n̄ habet esse aliunde. quod aūt tale est. se ipō est. ergo est oīno immutabile. ergo non potest desinere. si ergo pscire caret pncipio. necesse est qꝫ careat fine.
5 Rᵒ. dōm qꝫ absqꝫ dubio mgr̄ bene dicit qꝫ deus desinit aliqua prescire cuꝫ fiunt psentia. si eīm prescieba̅tur. quia futura. ⁊ iam desinunt esse futura. ꝯstans est
6 qꝫ desinunt presciri. non rōne eius quod est scire. sed rōne prepositiōis. Ad illud ergo quod obÿcitur de eterno dōm qꝫ aliquod nomē pure eternuꝫ importat. aliquod vero nomen importat eternum connotando tempale

Solutio. mō nō scit. ⁊ alia hmōi infinita dici possūt. Sed ad hoc dicim⁹ qꝫ idē de natiuitate hui⁹ homis et mūdi creatōe nūc etiam scit qd̄ sciebat anteqꝫ fieret. lꝫ tunc et nūc hāc sciētiā ei⁹ diuersis exprimi verbis oporteat. Nā qd̄ tūc futurū erat. nūc pteritū est. Ideo qꝫ verba cōmutāda sūt ad ipm designādū. Sicut diuersis tpibus loquētes eandē dieꝫ. mō p hoc aduerbiū cras designam⁹ duꝫ adhuc futura est. mō p hodie duꝫ pn̄s est. mō p heri duꝫ preterita est. Ita anteqꝫ crearet mūdus sciebat de⁹ hūc creādum. postqꝫ creat⁹ est scit eū creatū. nec est hoc scire diuersa. sed oīno idē de creatōe mūdi. Sicut antiq̄ pr̄es crediderūt xp̄m nascituꝝ ⁊ morituꝝ. nos aūt credimus eū natū ⁊ mortuuꝫ. nec tamē diuersa credim⁹ nos ⁊ illi sed eadē. Tempa eīm vt ait Aug⁹. variata sūt ⁊ ideo verba sūt mutata. nō fides. Indubitanter ergo teneam⁹ deū sp oīa scire que aliquādo scit.

Hoc nomen deus pure eternum importat. sed hoc vocabuluꝫ prescire dicit eternum ꝯnotando tpale. Scōm hoc notandū qꝫ quedā ꝯnotāt tpale vt ens in actu. Et q̄r tale tpale esse pt. ⁊ desinere pt. ideo tales actus circa deū dicunt habere initium ⁊ terminum. vt puta si dicat de⁹ cōseruat hāc rē ꝯseruare dicit essentiā ꝯnotādo actu effectuꝫ. ideo incipit ⁊ desinit cōseruare. Quedā ꝯnotāt tpale vt n̄ ens actu. ens tamen in potētia siue futuꝝ. et qm̄ tpale n̄ pt incipe esse nō ens siue eē futuꝝ anteqꝫ sit sꝫ pt desinere n̄ ens. cū incipit eē ens. desinere eē futuꝝ cū incipit eē pn̄s. Hinc ē qꝫ pscīētia dei respectu creati dr̄ desinere sꝫ nūqꝫ incipe. ⁊ desinit rōne tpalis nō desinētis sꝫ incipiētis. Et ex hoc pꝫ illud Rich. quia cū de⁹ desinit pscire. non significatur qꝫ aliquod ens desinat. sed solū qꝫ aliqd incipiat. ⁊ sic patet illud.

Ad intelligentiā psentis distinctōnis duo pncipaliter q̄runt. Primo q̄r de pdestiatōnis cālitate. Scōo de diuine scie sempiternitate siue interminabilitate. Quātū ad pmū querunt duo. Primo querit vtrū pdestinatio vel reprobatio in nobis habeat causā meritoriā. Scōo vtrū habeat in do rōeꝫ motiuā

¶ Questio I a

Qꝫ aūt hēant in nob cāꝫ meritoriā ostēdit sic. Primo de reprobatione. Rho. ix. sup illd̄ Esau odio habui. glo. Esau subtracta grā. p iusticiā ē reprobatus. sꝫ iusticia respicit merita. ergo reprobatio ē ex meritis. ¶ Itē p reprobatōeꝫ n̄ dicunt nisi ista tria. s. odiū eternū. obduratio tpalis. ⁊ dānatio final. sꝫ oīa ista habēt in nob merituꝫ q̄r deus neminē odit nisi pter merita. nec obdurat nec damnat. ergo ⁊c̄. ¶ Itē volūtate antecedēte vult de⁹ omēs hoīes saluos fieri. si ergo aliquē reprobat h̄ est voluntate ꝯsequēte. neminē ei de se creat ad suppliciū. sꝫ volūtas ꝯsequēs ē ꝯcessio ex nr̄a cā. sꝫ nō ex alia causa qꝫ meriti ergo ⁊c̄. ¶ Itē de predestinatione similiter ostendit Gre. dicit ⁊ Aug⁹. qꝫ predestinatio iuuatur sanctorum orōnibus. sed plus valet vnicuiqꝫ fides sua qꝫ fides aliena. ergo merito suo ⁊ alieno potest quis impetrare qꝫ sit predestinatus. ¶ Item nullus est predestianat⁹ nisi finaliter in gratia pseuerans. ⁊ econtra. sunt ergo ꝯuertibilia. sed aliquis potest mereri finalem pseuerantiaꝫ ergo potest mereri qꝫ sit predestinatus. ¶ Item quod potest in maius. potest in minus. vel equali pari rōne. sꝫ homo potest mereri habere deum quod est maximum inter omnia. potest etiam mereri salutem quod ē equale ei quod est esse pdestinatum. ergo ⁊c̄. ¶ Sed contra. oē meritum antecedit illud cuius est merituꝫ. quia disponit ad illud. sed predestinatio ⁊ reprobatio precedunt nr̄m esse. ergo non cadunt sub nostro merito. ¶ Item omne meritum aliquo modo est causa eius quod meretur. sed predestinatio ⁊ reprobatio sunt eterna. merita vero sunt tpalia. ergo tpale ē causa eterni. quod ē impossibile. ¶ Itē spāliter d̄ pdestinatione vr̄. Ti. iij. Nō ex operib⁹ iusticie q̄ fecim⁹ nos. sꝫ sm suā miscd̄iam saluos nos fec. ¶ Itē grā ē effect⁹ pdestinatiōis. sꝫ prima grā antecedit omē meritū. ⁊ ē cā oīs meriti. ergo nō cadit sb merito. ⁊ eoipo grā ē. q̄r sine meritis dat. ergo nec pdestinatio. ¶ Rᵒ. ad h̄ intelligēdū notādū qꝫ in
7 pdestinatione tria intelligūtur. Primū est ꝓpositū eternū. ¶ Scōm ē tpalis gratificatio. Tertiuꝫ ꝟo eterna glorificatio. Silr̄ in reprobatiōe intelligunt tria. s. eternū odiū. tpalis obduratio. ⁊ eterna damnatio. Quātū ad primū ⁊ vltimū silr̄ est iudicandū nā vltima. s. pena ⁊ glia simplicit̄ cadūt sub merito. Primū ꝟo. s. ꝓpositū eternū eoipo q̄ eternū est. meritū hr̄e non pt. Quātū vero ad mediū quod est gratificatio ⁊ obduratio. differenter est iudicanduꝫ. Nā obduratio simplr̄ cadit sub demerito. siue sub malo merito. gratificatio ꝟo nec simplicit̄ sb merito. nec simpliciter extra. Est eīm meritū congrui. digni. ⁊ cō 8
digni. Meritū congrui est quādo peccator facit qd̄ in se est ⁊ pro se. Meritū digni quando iustus facit p alio. Meritum condigni. quando iustus opat̄ p seipō. q̄r ad hoc ordinatur gratia ex condigno. Grā aūt alteri ꝓmerenda non est omnino ex cōdigno. q̄r peccator omni bono est indign⁹. Nec solū ex cōgruo quia iustus dign⁹ est exaudiri. Gratificatio ergo sb merito cōgrui pt cadere quo ad ipm gratificandum. sb merito digni qꝫtū ad aliū viruꝫ sanctum. sub merito condigni qꝫtuꝫ ad neutrū. ⁊ hoc proprie loquendo ē merituꝫ. Respondendū ergo ad questionē cum querit vtrū predestinatio ⁊ reprobatio cadant sb merito. qꝫ simplr̄ loquēdo qꝫtū ē d pncipale significatū. neutra cadit sb merito. qꝫtū ꝟo ad ꝯnotatū reprobatō cadit sb merito simplr̄. pdestinatio ꝟo sm q̄d. ¶ Cōcedē 9
de sunt ergo rōnes ꝓbātes qꝫ predestinatio nō cadit sb merito. similit̄ qꝫ nec reprobatio. ¶ Ad illd̄ quod pmo obÿcit̄ de glo. qꝫ esau p iusticiā reprobat⁹ ē. dōm.

ꝙ ibi accipit᷑ reprobatio ꝑ cõnotato quod est obdura/
tio. ¶ Ad illud qđ obijcit᷑ ꝙ odiũ eternũ cadit ſb meri
to. dđm ꝙ odiũ eternũ duo dicit. ⁊ ꝑncipale ſingifica/
tum ⁊ ꝯnotatum. quia neminẽ odit deus q̃ꝫtũ ad affe/
ctum. ſed ſolũ q̃ꝫtum ad effectũ. ⁊ ꝑmũ non eſt ex merit̃
ſed ſcđm. quod patet ſi reſoluat᷑. quia odium eſt ꝓpoſi/
tum puniẽdi. ꝓpoſitum aũt nullus meretur ſed penaꝫ.
11 ¶ Ad illud qđ obijcitur ꝙ neminẽ reprobat volũtate
ꝯſequẽte. dđm ꝙ volũtas ꝯſequẽs nõ dicit᷑ qꝛ ꝯſequat᷑
merita noſtra rõne volũtatis. ſed ſolũ rõne voliti. vult
eñ aliquid deus quod nos meruimus. ⁊ ideo qꝛ voli/
12 tũ eſt ꝯnotatũ. pꝫ ⁊c̃. ¶ Ad illud qđ obijcit᷑ de ꝑdeſtina/
tione ꝙ iuuat᷑ orõnibꝰ ſanctoꝝ. dđm ꝙ illud intelligit᷑
rõne ꝯnotati. quod eſt gratia quã ſancti viri poſſunt
alijs ſuis orõnibꝰ impetrare. non tamen ſequit᷑ ꝙ ho/
mo poſſit impetrare ſibi. quia ad hoc ꝙ impetret. ne/
ceſſe eſt ꝙ ſit dignus mereri. ⁊ hoc non eſt niſi ꝑ grãm.
13 ¶ Ad illud quod obijcit᷑ ꝙ idem eſt eſſe ꝑdeſtinatũ ⁊ in
grã finaliter ꝑſeuerare. dđm ꝙ nõ eſt idẽ ſꝫ ꝯuertibile.
ſed illđ nõ ſequit᷑. ꝙ ſi aliq̃s poſſit mereri vnũ ꝯuertibi
lium ꝙ poſſit ⁊ reliquũ. ſicut nõ ſequitur. ſi aliquid eſt
cã vnius ꝯuertibiliũ ꝙ ſit cauſa alterius. illud mani/
14 feſtum eſt. ¶ Ad illud qđ obijcit᷑ qđ pt̃ in maius. pt̃ in
minus. dđm ꝙ veꝝ eſt ſi equaliter ordinatur ad vtrũ/
q̃ꝫ. Nã ſi habet ordinatõem ad maius. ⁊ non habet or/
dinatõem ad minus. q̃ꝫuis poſſit in maius. non tñ ſe/
quit᷑ ꝙ in minus. ſimilit᷑ in ꝓpoſito. gratia eñ ordina/
tur ad merendũ deum vt glorificantẽ non vt ꝑdeſtinã
tem. ſimiliter ad gloriam non ad ꝑmam gratiã.

¶ Queſtio. II b

Utrum ꝑdeſtinatio ⁊ reprobatio habeãt in deo rõnem
motiuã. Et ꝙ ſic videtur per canonẽ Geñ. xviij. dixit
dñs. Num celare potero abraam quod geſturus ſum
cum futurus ſit in gentem magnã ⁊ ꝑcepturus domui
ſue. vt cuſtodiat pactum meũ. dñs ergo voluit reuela
re ipſi abrae ꝓpter conſideratõem bonorum futurorum.
ergo cũ illa ab eterno ꝓuideat. pari ratione predeſtĩat
ex preſcientia bonorum futurorũ. ¶ Item Ambro. ſuꝑ
epl'am ad Rho. ix. Dabo grãm ei quẽ ſciuero toto cor/
de ad me poſt errorem reuerſuꝝ. loquitur in ꝑſona do
mini. g̊ ratio quare dñs ꝓponit dare grãm ẽ. qꝛ aliqđ
futuꝝ ꝑuidit in hoĩe. ¶ Item rõne oſtendit᷑. qꝛ oĩs vo/
luntas eoipo ꝙ volũtas eſt rõnalis. g̊ ſi hoc ꝑfectionis
eſt in volũtate ꝙ ſit ex rõne. hoc maxime reꝑitur in vo/
luntate diuina. g̊ cum ꝑdeſtinatio dicat diuinũ propo
ſitum. erit ex rõne. ¶ Itẽ oĩs ſapienter eligens eligit il
los in famulos in quibus videt meliores mores prete
ritos. ⁊ ſilr̃ quos nouit fideliores fuiſſe. ⁊ ſi poſſet fu/
tura cognoſcere. multo fortius eligeret ⁊ reſpueret ꝓp/
ter ꝑuiſionẽ bonorum futurorum ⁊ malorum. q̃ꝫ ꝑteri/
torum. ſi g̊ deus eſt ſapientiſſime eligens. g̊ rationem
eligendi ſiue reprobandi accipit a ꝑuiſione ſiue a ꝑſciẽ/
tia. ¶ Iteꝫ nllus ſapientum eligens preelegit omnino
in diſtãtia. maxime ſi poſſit accipe oĩa eque cõgrue. ſꝫ
deus prefert vnum alteri in electione. ergo ⁊c̃. ¶ Iteꝫ
ſi diuinum propoſitũ ſiue predeſtinatio ſoluꝫ haberet
rõnem voluntatẽ dei ⁊ non aliã. tunc ergo videt᷑ parci
tas in diuina volũtate. ſi eñ vellet oẽs ſaluare omnes
ſaluarẽtur. ⁊ non eſt alia rõ niſi quia nõ vult. ergo vo/
luntas eius non eſt liberaliſſima nec optima. ¶ Item
ſi non eſſet alia ratio q̃ꝫ volũtas. g̊ cuꝫ deꝰ reprobando
ꝓponit damnare. ſi ſine omni ratione ſola voluntate
vellet damnare aliquem. ergo videtur crudeliſſimus
eo ꝙ feciſſet hoĩes ad ſupplicium. ¶ Itẽ ſi ſola volun/
tate predeſtinat ⁊ reprobat nõ ꝑcognita rõne. videtur
g̊ ſcđm hoc ꝙ ſit acceptor ꝑſonarum. quod eſt ꝯtra illud
qđ dicitur act. x. In veritate cõperi ꝙ nõ eſt acceptor
ꝑſonarum deus. ¶ Sed ꝯ. Exo. xxxiij. Miſerebor cui
miſereor. ⁊ clemẽs ero ſuper quem placuerit mihi. er/
go ratio prima ⁊ potiſſima diuine miſericordie ⁊ ꝑde/
ſtinatõis eſt dei beneplacitum ⁊ volũtas. ¶ Itẽ Ma/
th. xj. dicit filius. Reuelaſti ea paruulis ⁊ abſcondiſti
hec a ſapiẽtibus. ita pater. qm̃ ſic placituꝫ fuit ante te.
ergo ſi filius reddit optimam rationẽ. ſolum diuinum
beneplacitum eſt ratio. ¶ Item apl's Rho. ix. ſuꝑ hac
queſtione dicit. Nunquid non habet figulus pote/
ſtatem de eadem maſſa facere alia quideꝫ vaſa in hono
rem. alia in cõtumeliam. Si enim quereret᷑ ab artifice
quare de vna parte maſſe facit vaſa pulcra. ⁊ ex alia vi
lia. cum eque ſit bona tota maſſa. non eſt alia ratio niſi
quia placet. ita eñ bene faceret ſi faceret econuerſo. g̊
⁊c̃. ¶ Item Aug⁹. de ꝑdeſtinatione ſanct. Non qꝛ ta/
les nos futuros ſciuit ideo elegit. ſed vt tales eſſemus
¶ Item rõne videtur. quia volũtas dei eſt cauſa cauſa
rũ. g̊ ibi eſt ſtatus. ſed vbi eſt ſtatus nõ eſt vltra quere/
re rõnem. g̊ ⁊c̃. Maior. ſit ibi ſtatus pꝫ. Minor. etiaꝫ ſtatus nõ
patiat᷑ querere rõnem videtur. qꝛ quotiens cauſaꝫ vel
rationẽ querimꝰ. querimꝰ vt diſtantẽ. ſi eñ oĩno eẽnt
idem cã ⁊ cuius eſt ratio. ſtatim illo viſo videretur cã ⁊
non quereret᷑. ſed nõ eſt ſtatus niſi in ſumme ſimplici.
et ita nulla diſtantia. g̊ nec rõ nec queſtio. ¶ Itẽ ſi deꝰ
ꝑdeſtinat iſtũ ꝓpter ꝑuiſionẽ. aut g̊ bonoꝝ. aut maloꝝ.
aut indifferentiũ. Nõ ꝓpter ꝑuiſionem indifferentium
et maloꝝ. g̊ ꝓpter ꝑuiſionem bonoꝝ. ſed bona nulla fu/
tura ſunt in iſto niſi que deus ſua voluntate facturus
eſt. g̊ preuiſio eſt ꝓpter voluntatem. ⁊ non econuerſo.
¶ Item ſi quis quereret cum potuerit deus produce/
re vnum aliũ mundum ſimilem huic. quare magis iſtũ
q̃ꝫ illũ. nulla eſſet queſtio. qꝛ hoc ſolũ fuit. quia voluit.
g̊ pari rõne nulla eſt cauſa quare ꝑdeſtinat et reprobat
niſi quia vult. ¶ Rꝫº. dđm ꝙ cum querit᷑. vtruꝫ eternũ 15
dei ꝓpoſitum ſiue electio vel reprobatio in deo motiuã
rõnem habeat. hoc non intelligit᷑ q̃ꝫtum ad voluntateꝫ
diuinam vel eius actũ. qui deus eſt. ſed q̃ꝫtum ad ordi/
nationem voliti ad eius voluntateꝫ. Et ſi queratur rõ
cauſalis vel meritoria. reſpondet᷑ ꝙ dari nõ poſſit. Si
aũt querat᷑ ratio ꝯgruitatis ⁊ decentie. ¶ Reſpondent
quidã ꝙ ipſa dei volũtas ſibijpſi eſt ratio. nec eſt alia rõ
quare iſtum elegit. niſi quia placet. ⁊ hoc eſt ſufficiens
per oẽm modũ. quia eſt cauſa cauſarum. ⁊ ratio rõnuꝫ.
et eoipſo ꝙ placet. ideo rectum eſt ꝓpter ſummã ipſius
voluntatis rectitudinẽ. quia non tm̃ eſt recta ſed etiaꝫ
regula. Sed cauendũ eſt ne dũ voluntatem dei magni/
ficare volumus. potius voluntati eius derogemꝰ. Si
eñ non eſſet alia ratio quare deus iſtũ elegit. ⁊ illũ non
niſi qꝛ placet. certe iã nõ occulta dicerent᷑ diuina iudi/
cia. ſed manifeſta cuꝫ quilibet hanc rõnem capiat. nec
dicerent᷑ mirabilia. ſed potius voluntaria. Et ꝓpter h
eſt dđm ꝙ ꝓpoſitum illud eternum ſicut dicit Aug⁹. ⁊
habet᷑ in littera. ⁊ voluntas illa eſt rõnabiliſſima ⁊ rõ/
nem habet. ⁊ ſicut ab eterno fuit. ab eterno rõnem ha/
buit. non aliam ꝓpter eſſentiam ſed ꝓpter connotatuꝫ.
Quid aũt ſit illud in electione hominum vel reproba/
tione nobis non eſt oĩno notuꝫ. nec omnino ignotuꝫ.
Propter hoc notãdum ꝙ quedam ſunt opera que exe 16
unt a voluntate diuina cum alio ad hoc ordinato. or/
dine neceſſitatis. ſiue neceſſitateꝫ ſumamus in cauſan
do. ſiue in merendo vel diſponendo. vt pluere et re/
numerare. ſiue damnare ⁊ ſaluare. ⁊ reſpectu taliũ di/
uina volũtas habet rõnem in generali ⁊ ſpeciali. Uñ ſi

queraẜ quare de⁹ vult pluere. Rñdeẜ ꝓpter nr̃am vti/
litatem. Similiter h₃ rõnem in spãli. vt si queraẜ. qua
re vult deus pluere in hieme non in estate. tũc respon
detur qꝛ vapores aquosi magis in hieme abũdãt q̃ in
estate. Silr̃ si queraẜ. quare magis vult saluare petrũ
q̃ iudã. Respondeẜ ꝙ iste habuit bona merita. ille ṽo
mala. Quedã aũt sũt opa que sũt a diuina volũtate cũ
alio ad hoc ordinato ordine ꝯgruitat₃. sicut est nostra
gratificatio vel iustificatio. q̃ est a diuina volũtate cũ
opatione ꝛ pꝛepatione li. ar. ꝛ hoc qꝛ qui creauit te sine
te. nõ iustificabit te sine te. Et hoc dictũ est ẜm ꝯgruen
tiã. Adiutores em̃ dei sumus. Attamẽ de⁹ sine prepa/
tione ꝛ coopatõe iustificat. vt p₃ de sãctificatis in vte
ro. ꝛ vt dicũt de paulo. ꝛ respectu taliũ opum h₃ rõne₃
volũtatis in generali. ꝛ h₃ in spãli. sed in generali cer/
tã in speciali occultã. Si em̃ querit quare de⁹ vult iu/
stificare. Respõdeẜ ad mĩscdie sue ostensionẽ. Et si q̃ri
tur. quare nõ vult oẽs hoĩes iustificare volũtate bene
placiti. dõm. ꝙ hoc est ꝓpter iusticie sue ostensionem.
Vñ Aug⁹. xxij. de ciui. dei. Si remanerẽt oẽs in pena
nõ appareret misericordis grã redimentis. Rursus si
oẽs transferrenẜ ð tenebr₃ ad lucẽ. in nullo appareret se
ueritas vltionis. in qua ꝓpterea plures q̃ in illa sunt.
vt sic appareret quid oĩbus debebaẜ. Si queraẜ in spe
ciali. quare magis vult iustificare vnũ q̃ aliũ. duobus
similib⁹ demõstratis. qꝛ multe possũt esse rões ꝯgruẽ/
tie. ideo nõ est certitudo a pte rei. ꝛ ideo cũ cognitõ nr̃a
pendeat a certitudine rei. null⁹ certã pt̃ inuenire rõnẽ
nisi habeat p reuelatõem illius cui dubia sũt certa. ꝛ qꝛ
non fuit nobis expediẽs ad salutẽ ista cognitio. sed qꝛ
vlterior fuit necessaria ꝓpter humilitatẽ. iõ de⁹ noluit
reuelare. ꝛ apl's non fuit ausus inquirere. sed ostendit
defectũ nostre intelligẽtie cũ exclamauit. xj. ad Ro. O
altitudo sapiẽtie ꝛ scientie dei. q̃ incõprehẽsibilia sunt
iudicia ei⁹. ꝛ inuestigabiles vie ei⁹ ꝛc. ¶ Ad illõ g̊ qõ
17 querit vtꝝ pdestinatio habeat rõnem. dõm ꝙ h₃ in ge/
nerali. silr̃ in speciali. ꝛ hec rõ nota est diuine pſciẽtie.
nõ nobis. rõne pdicta. ¶ Ad illõ qõ obijcitur de sacra
18 scriptura ꝙ assignat bñplacitu₃ ꝓ rõne. dõm. ꝙ q̃uis
assignet ꝓ rõne ꝛ aliã nõ exprimat. nõ tñ est iõ ꝯcludẽ/
dũ ꝙ nõ sit alia. qꝛ nõ sũt oĩa scripta. sed nobis vtilia.
Vtile aũt fuit scire ꝙ diuinũ bñplacitũ est cã ꝛ ratõ. vt
discam⁹ eũ timere. ꝛ nihil meritoꝝ nobis attribuere.
¶ Ad illõ qõ obijciẜ ꝙ nõ elegit. qꝛ puidit tales. dõm.
ꝙ Aug⁹. negat ẜm ꝙ hoc qõ est. qꝛ dicit cãm. nõ ẜm ꝙ
dicit rõnẽ. qꝛ q̃uis diuina volũtas possit hr̃e rõnem.
ex qua dicit ꝯgruẽter opari. tñ nõ cãm siue rõnẽ causa/
lẽ. cũ sit cã causaꝝ. ꝛ maxime respectu voliti qõ quide₃
est ex mera dei liberalitate. vtpote est grã iustificans
impiũ. ꝛ p hoc p₃ sequẽs de statu. ¶ Ad illõ qõ queriẜ
19 ꝓpter quoꝝ puisionẽ. dõm. ꝙ pt̃ eẽ ꝓpter puisionẽ bono
rũ vt aliquo mõ sũt a libe. ar. ꝓpter quoꝝ tñ puisionem
nec scio determinate. nec volo q̃rere. nec est rõ nisi con
gruitatis. Vñ ꝛ alia pt̃ eẽ q̃ hec. ¶ Ad illõ qõ obijciẜ
de mundi creatione. dõm. ꝙ non est simile de mundi
creatione. quia mundi creatio a diuina volũtate ꝛ be/
neplacito est tãq̃ a tota cã. Et rursus p creationẽ non
psupponiẜ aliq̃d. Rõnes vero ad oppositũ ꝓbãt ꝙ di/
uina volũtas rõnabiliter facit ꝙ h₃ rõnem ꝯgruitatis
rõne voliti. ꝛ qꝛ hoc veꝝ est. iõ cõcedẽde sũt. q̃uis aliq̃
eaꝝ possint hr̃e calũniã. tñ ꝯclusio pncipalis nõ habet
calũniã. Nã Aug⁹. dicit hoc in li. retract. post oẽs re/
tractiones. ꝙ ꝓponit ꝛ elegit ꝛ reprobat veritate certis/
sima ꝛ a nr̃is sensib⁹ remotissima. ꝛ qꝛ a sensib⁹ nr̃is est
remotissima. iõ null⁹ debet ipam inquirere. qꝛ in hac vi
ta nõ possum⁹ inuenire. ꝛ iõ in nr̃e intelligẽtie insuffi/
cientiã sermo de pdestinatõe claudẽdus est. vt obstrua
tur omne os. ꝛ subditus fiat oĩs mũdus deo. cuius iu
dicia ñ sũt scrutabilia s₃ formidulosa. silẽtio venerãda

Consequẽter q̃tũ ad scdm articulũ queritur de
scdo. s. interminabilitate diuine cognitõis. Et
circa hoc querũtur duo. Primo qꝛ dubiũ h₃ p
compatõem ad cõplexa. queriẜ vtꝝ de⁹ cognoscat res
p modũ cõplexionis. Scdo queriẜ vtꝝ enunciabilia si
ue que deus semel cognoscit semp cognoscat.

¶ Questio I c

Vtꝝ cognoscat deus p modũ cõplexionis ostendiẜ sic.
Eandẽ rem quã cognoscit sensus cognoscit intellect⁹.
sed sensus p modũ incõplexionis. intellect⁹ vero p mo
dũ cõplexionis. sed intellect⁹ est potẽtior in cognoscen
do q̃ sensus. g̊ cognoscere p modũ cõplexionis est ma
ioris potẽtie. sed oĩe tale est deo attribuendũ. ergo ꝛc.
¶ Itẽ differẽter significaẜ res p vocẽ incõplexam et p
cõplexionẽ. quia p vocẽ incõplexã q̃tũ ad esse simplici
ter. sed p orõnẽ q̃tum ad esse tale vel tale. sed deus non
tm̃ cognoscit res q̃tũ ad esse simplr̃. sed etiã q̃tũ ad eẽ
tale vel tale. g̊ cognoscit ẜm complexionẽ. ¶ Itẽ ordo
vnius rei ad alterã cui ꝯiungitur in re. facit cõpositõ/
nem in cognitõe. vel in sermone cõplexionẽ. sed de⁹ nõ
tm̃ intelligit in se rem ipam. sed etia₃ in ordine ad rem
aliã cui vnitur. g̊ non solũ p modum simplicẽ sed com
positõis. ¶ Itẽ de⁹ intelligit nr̃m intelligere ꝛ nostrũ
dicere. sed nos dicimus ꝛ intelligim⁹ rem p modũ com
plexionis. g̊ deus hoc mõ intelligit. ¶ S₃ ꝯtra. Dyo.
de di. no. Cognoscit deus oĩa. immaterialiter materia
lia. impartite ptita. vniformiter multa. immutabiliẜ mu
tabilia. si g̊ partita cognoscit impartite g̊ composita p
modũ simplicẽ. sed mod⁹ simplicitatis et cõplexionis
opponunẜ. g̊ non cognoscit p modũ cõplexionis ¶ Itẽ
cũ intellectus cognoscat p modũ cõplexionis. aut mo/
dus ille est in re. aut in intellectu. Nõ in re. qꝛ cum sen
sus apprehẽdat eandẽ rem. apprehẽderet eã p modũ cõ/
plexionis. g̊ est in intellectu. sed oĩs talis intellect⁹ in
quo est cõplexio realiter est cõplexus ꝛ cõpositus. sed
diuinus intellect⁹ non est hmõi. g̊ ꝛc. ¶ Itẽ si cogno/
scit res p modũ cõplexionis. cũ mod⁹ diuine cognitio/
nis sit ei coeternus. ab eterno cognouit p modũ cõple/
xionis. g̊ complexio fuit ab eterno. g̊ vere vel false. Si
vere. g̊ plura sũt vera ab eterno. Si false. g̊ plura sunt
falsa ab eterno. ¶ Itẽ si cognoscit p modum cõplexio/
nis. cũ eadem res mõ vere significeẜ sub rõne futuritõ/
nis. mõ sub rõne pteritionis. mõ rõne psentialitatis. g̊
his oĩbus modis deus cognoscit. ¶ Sed ꝯtra. oĩa co/
gnoscit vt presentia. vnde. ij. pe. vl. Vnus dies apud
deu₃ sicut mille anni ꝛc. ergo non cognoscit omnibus
his modis. ¶ R⁹. dõm. ꝙ cognoscere res per modum 20
complexionis potest intelligi tripliciter. Aut enim
mod⁹ cõplexionis cadit circa re₃. ꝛ sic est sensus. deus
cognoscit res existere vl' se hr̃e p modũ cõplexiõis siue
cõpositõis. ꝛ hoc est veꝝ. cognoscit em̃ res esse sicut sũt
Alio mõ vt mod⁹ cõplexionis cadat circa rem vt ẽ ex/
pressa p intellectũ nr̃m. ꝛ tũc est sensus ꝙ deus cogno/
scit res non tm̃ vt sũt. sed etiã vt intellect⁹ exprimit. co
gnoscit em̃ res et voces siue intellect⁹ illas significan/
tes. ꝛ hoc veꝝ est. Tertio mõ pt̃ intelligi vt mod⁹ com
plexionis cadat circa intellectũ diuinũ. ꝛ hoc mõ falsũ
ẽ. h̃ em̃ spectat ad intellectũ q̃ intelligit multa ꝛ multa
q̃ oportet complecti. ds aũt multa intelligit vno. ꝛ ita
simplici mõ. nec magis est simplex intellectus eius in/
telligẽdo vnũ q̃ multa. Vnde intelligere multa p mo/

dum cõplexionis nec est oĩno virtutis nec oĩno imp̱fe
ctionis. ⁊ iõ nõ ponit̃ nec in cognitõne infima vt sen/
sitiua. nec in cognitõne suprema vt in diuina. ⁊ fortas/
sis non etiã est in cognitõne suprema ipius anime que
dicit̃ intellectiua put est in suo summo. cognoscit em̃ p̱
modũ simplicis aspectus. ¶ Rõnes p̱bantes q̄ cogno/
scit p̱ modũ cõplexionis p̱cedũt ſm p̄mã ⁊ scdm viam.
21 ideo ver̄ ↄcludũt p̄ter p̄mũ ad qd̄ iã solutũ est. ¶ Ad
illud quod obijcit̃ q̄ cõplexio venit ab intellectu. dõm
q̄ cõplexio dupliciter p̄t compari ad intellectuȝ. Aut
sicut ad causaȝ. aut sicut ad subiectũ. Si ad subiectum
in quo ⁊ quod informat ⁊ denominat. sic compatur ad
intellectũ hũanũ a quo est cõplexio. qui etiã cõplectit̃.
Si ad causaȝ. sic compatur ad intellectũ diuinũ. Naȝ
intellectus diuin⁹ cognoscit cõplexioneȝ. non circa se
sed circa nr̃m intelligere. qm̃ complexio non est ab in/
tellectu nostro nisi coop̱ante diuino in intelligẽdo.
22 ¶ Ad illud quod obijcit̃ q̄ si cognoscit res p̱ modũ cõ
plexionis. q̄ tũc cõplexiones sunt eterne. dõm q̄ ex p̄/
mo vel scdo sensu nõ sequit̃ q̄ cõplexiones sunt eterne
quia nõ ẽ cõplexio circa deũ. sed bene sequit̃ q̄ veritas
significata p̱ aliquã cõplexionẽ est eterna sicut veritas
huius. mundũ esse futur̄. tamẽ ppositio ⁊ cõplexio ẽ ab
intellectu nostro intelligẽte illã veritatẽ eternã. Unde
sicut vox tp̱alis significat rem eternã. vt hoc nomẽ de⁹
nõ tamen sequit̃ q̄ sit eterna. sic multa enunciabilia si/
gnificant veritatem eternam nec tamen sunt eterna.
23 ¶ Ad illud quod obijcitur q̄ tunc cognoscit res ſb rõ/
ne futuritionis ⁊ p̄teritionis. dõm sicut tactũ est q̄ mo
dus diuine cognitõis p̄t accipi vel ſm se. vel a p̱te co/
gniti. Si a p̱te cogniti. sic dico q̄ oĩno cognoscit rem
esse. ⁊ ita mutabiliter esse. ⁊ ita cõpositio mõ esse sicut ẽ.
et ita de oĩbus. ⁊ sic cognoscit rem p̄teritã esse p̄teritaȝ
et futurã esse futurã. ⁊ non p̄teritaȝ esse p̄sentẽ. Potest
iter̄ accipi a p̱te sui ⁊ sic cũ cognitio dei sit oĩno simplex
oĩno p̄sens. oĩa cognoscit p̱ modum simplicitatis. ⁊ p̱
24 moduȝ p̄sentialitatis. Unũ q̄ dicit. omnia sunt p̄sentia
apud deum. hoc dictũ est q̄ꝫtum ad cognitiõem in qua
nulla cadit successio. ideo nec nouũ. nec vetus. nec p̄te
ritum. nec futur̄. in actu aũt cognitiõis angelice ⁊ hũa
ne cadit successio. ⁊ iõ p̄teritum ⁊ futur̄. ⁊ p̄terea nõ ita
dicunt̃ oĩa p̄sentia anime cognoscẽti sicut deo. ⁊ h̊ ma/
nifestum est. quia nunc eternitat̃ quod est semp̱ p̄sens
cõplectit̃ oĩa tp̱alia. ⁊ iõ p̱ȝ quõ sit intelligẽdum.

¶ Questio II d

Utr̄ enunciabilia siue cõplexa q̄ deus semel cognoscit
semp̱ cognoscat vel sciat. Et q̄ sic videt̃. q̄r de⁹ non co/
gnoscit enũciabile nisi rõne veritatis. sed veritas enũ/
ciabilis que semel fuit. semp̱ fuit. ⁊ est ⁊ erit. g̊ enuncia
bile quod semel cognoscit semp̱ cognoscit. Probatio
medie. omnis veritas cõplexi fundatur supra rem cõ/
plexam. sed eadem res p̄mo est futura. postea presens.
deinde preterita. ⁊ vna ⁊ eadeȝ. g̊ vna ⁊ eadem veritas
est in ea ſm oẽs hos modos. sed necesse est q̄ sit semp̱
ſb aliq̊ hor̄ modor̄. g̊ ⁊c. ¶ Item hoc ip̄m videtur alia
rõne. quia quecunq̄ȝ scit deus scit immutabiliter. alio/
quin cum scire dei sit suum esse. si mutaret̃ suũ scire. et
esse. quod est impossibile. sed omne quod habet immu/
tabilitatem. habet sempiternitatem. quia si desinit mu
tatur. g̊ quod deus semel cognoscit semper cognoscit.
¶ Item quod scriptũ est in illo libro deleri non p̄t. sed
deus cognoscit non aspiciendo extra. sed legendo in li
bro sue p̄scientie. g̊ quod semel cognoscit semp̱ cogno/
scit. Preterea patet. quia super illd̄ Exo. xxxij. Aut de/
le me de libro tuo ⁊c. glo. securus hoc dicit. quia nõ de/
lebitur. Et idem dicit sup̱ ps̄. ¶ Item quod desinit vl'
p̱ditur aliquo desinente de necessitate pendet ex illo. sȝ
diuina cognitio non dependet ex veritate creanda. g̊
q̄ꝫuis enunciabile desinat esse verum. tamen de⁹ nõ de
sinit illud scire. ⁊ si hoc. g̊ quod semel scit. ⁊ sp̱. ¶ Sed
ↄtra. sicut p̄scire habet se respectu futuri vt futurum ẽ.
sic scire respectu veri. si em̃ actu scitur. actu est verum.
sed dicit magister. deus desinit p̄scire rem. cum res de
futuro fit presens. g̊ similiter desinit scire cum de vero
fit falsum. ¶ Itẽ sicut diuina acceptio respicit bonita
tem ita visio veritatem. sed deus desinit hominem ac/
ceptare cum p̱dit bonitatem. g̊ desinit rem cognoscere
siue enunciabile cum p̱dit veritatem. ¶ Item hoc ip̄m
ostenditur p̱ impossibile. quia si quodcunq̄ȝ enunciabi
le sciuit mõ scit. ⁊ sciuit xp̄m esse moritur̄. g̊ ⁊ mõ scit. sȝ
quicquid scit est verum. g̊ xp̄m esse moritur̄ est verum.
quod est contra fidem. ¶ Iteȝ si quicquid sciuit modo
scit. sed aliquãdo sciuit non esse te cum non eras. g̊ scit
te non esse. ⁊ scit te esse. quia verum est. g̊ scit simul duo
ↄtradictorie opposita. g̊ duo ↄtradictorie opposita sũt
simul vera. quod falsum est ⁊ impossibile. ¶ R°. dõm. 25
q̄ scire dicitur dupliciter. Uno mõ p̱ut reflectit̃ in se. ⁊
sic sensus est. iste scit hoc. id est habet cognitõem de h̊. ⁊
hoc mõ dõm. q̄ scire nihil cõnotat a p̱te sciti actuale.
nec veritatem nec p̄scientiam. deus em̃ de omni enun/
ciatione habet p̱fectam cognitõem. vtrum sit enuncia/
tio p̱fecta ⁊ congrua. vtruȝ vera. ⁊ sic similia. Alio mõ
scire dicitur ſm quod est verbum p̱hereticum. ⁊ sic trã
sit in actum extra. ⁊ sic ↄnotat veritateȝ in obiecto. tũc
g̊ scire enunciabile aliquod idem est quod prescire ip̄m
esse verum. Unde scio te sedere. hoc est dicere. non tm̃
habeo cognitõem de hoc sed etiam cognosco ip̄m ẽẽ ve/
rum. Primo mõ scire importat diuinum intelligere
cum assensu. Si g̊ scire accipiatur p̄mo mõ. sic dico q̄
quicquid est. ⁊ omne enunciabile. ⁊ omne qd̄ sciuit. ad
huc scit. ⁊ habet cognitõem de illo. quia de omni eo qd̄
est. ⁊ quod potest esse habet cognitõem. nec sequit̃. scit
hoc. g̊ hoc est verum. immo est ibi ↄsequens. Si auteȝ
accipiatur scire scdo mõ p̱ut ↄnotat veritatẽ circa enũ
ciabile. sic fuerunt quidam qui dixerunt q̄ desinit ali/
quid enunciabile scire. quia posuerunt q̄ enunciabile
quod est verum. potest esse falsum. Alij dixerunt ↄtra
rium. quia posuerunt quod enunciabile quod semel ve
rum est. semp̱ est verum. ⁊ ita semp̱ scitur. Et vt meli⁹
pateat videnda est eorum positio ⁊ ratio positõis. Fue
runt qui dixerunt q̄ albus alba album cuȝ sint tres vo
ces. ⁊ tres habeant modos significãdi. tamen q̄r ean/
dem significatõem important. sunt vnũ nomen. Per
hunc modum dixerunt q̄ vnitas enunciabilis. accipiẽ
da est non ex parte vocis vel modi significandi. sed rei
significate. sed vna res est que p̄mo est futura. deinde
p̄sens. tertio preterita. g̊ enunciare rem hanc p̄mo esse
futuram. deinde p̄sentem. tertio p̄teritam. nõ faciet di/
uersitatem enunciabilium. sed vocum. Rursus cũ idẽ
tp̱s sit p̄mo futurum. deinde p̄sens. tertio p̄terituȝ. tp̱s
s. quod est mensura rei quod significat̃ p̱ orõnẽ. q̄ꝫuis
esse vel fuisse vel fore consignificẽt tria tp̱a. rõne tamẽ
significati nõ diuersificãt enũciabile. sȝ variat̃ solum a
p̱te tp̱is significati. vñ si dicam semel sortes currit ho/
die. ⁊ cras dicam cucurrit. cum hoc verbũ det intellige
re aliud tp̱s. ⁊ ita aliã actionẽ. enũciabile nõ est idem.
quãtũcunq̄ȝ nõ mutata significatione. ⁊ q̄r retenta ea/
dem significatione. enunciabile semp̱ est ver̄. ⁊ non est
idem. nisi cum eadem significatio retinet̃. ideo dixerũt
q̄ illud quod semel est verum semp̱ est ver̄. ⁊ iõ cũ de⁹

nihil obliuiscatur. dicunt φ omne enunciabile qđ de⁹ sciuit scit. Et respondent illi rōni omne enūciabile qđ sciuit scit. sed sciuit te nasciturū. vel te esse. ğ ₇c. non debet sic inferri. ğ scit te esse. sed sic. ğ scit te fuisse. Aliter est ibi figura dictionis. quia ꝓcedit ab identitate ī mō significandi ad identitatem rei. ₇ hoc mō soluit magister. Et ista fuit opinio nominaliū. qui dicti sunt nominales. quia fundabant positōem suā sup̄ nōis vnitatē. Sed ista fuit positio ꝯtra phm qui dicit in p̄dicamentis φ eadem orō primo est vera. postea falsa. Fuit etiā ꝯtra cōmunē opinionem. Fuit etiā ꝯtra veritatē. Ratio huius est. quia nec bonum fundamētum habet nec bonā adaptationē. Primo em̄ si querat̄ vtrum albus alba album sint tria nōia. Respondēdum est aut loqueris grammatice. aut logice. Si grāmatice. cum grāmaticus ꝯsideret impositōem nominis ₇ modum ꝑncipalem significādi sb̄stantiā cum qualitate. sic dicet vnū nomen esse. Si logice. cū logicus ꝯsideret nomen inquātum est vox expressiua. vnde diffinit nomē. verbū. ₇ orōnem ꝑ vocem tanq̄ ꝑ genus ₇ multiplicato superiori necesse ē multiplicari inferius si sunt multe voces significatiue. sunt de necessitate multa nōia. et ideo patet φ male accipiebāt nominis vnitatē fm φ congruit ad ꝓpositū. Mala etiam fuit adaptatio. quia enunciabile non significat rem. sed modū se habēdi. ₇ cum ꝑ verbū presentis p̄teriti ₇ futuri tp̄is significet̄ res alio mō se habere. patet de necessitate φ aliud enunciabile est te esse nasciturū. ₇ te esse natū. Rursus deficiebant in vltimo. quia sicut hō non significat istū hoīem vel illū. sic verbū p̄sentis tp̄is non significat illud vel illud p̄sens. sed p̄sens in cōmuni siue copulet siue significet. ₇ inde est φ sicut homo non habet aliam significatōem. nec est aliud nomen. nec equiuocum. si mō supponat ꝑ petro. mō ꝑ conrado. sic nec verbū presentis tp̄is siue ꝓnunciet̄ hodie siue cras habet aliā significatōem. ₇ ideo non facit aliud enūciabile. Et p̄terea patet φ quocunq̄ tp̄e ꝓferatur te esse nasciturū. φ idem est enūciabile quod prius fuit verum mō falsum. fm ğ φ scire cōnotat veritatem circa enunciabile. scit illud quod sciuit. ₇ mō non scit nulla facta mutatione in dei scientia sed solū in ꝯnotato. ¶ Concedendum igit̄ φ in scđa acceptōne nō omē qđ scit. sp̄ scit.

26 ¶ Ad illud quod obĳcitur φ veritas est vna in p̄senti. preterito ₇ futuro. dōm φ q̄uis sit reducibilis ad vnam rei veritatem sicut accidēs ad sb̄iectum. ₇ modus essendi ad entitatem. tamen cum mod⁹ eēndi habeat suā veritatem. ₇ tres sunt modi essendi. iō tres sunt veritates.

27 ¶ Ad illud quod obĳcitur de indelibilitate ₇ īmutabilitate ₇ indepēdentia. dōm φ iam solutū est. quia nulla sit transmutatio in dei cognitione. nec desinit scire enunciabile ꝓpter mutationem in se sed in connotato.

¶ Di. xlĳ. de potētia dei in compatōe ad possibilia que p̄t.

Nunc de omipotētia dei agēdum est. Supra egit mgr̄ de sciētia diuina. hic agit d̄ potētia. Et qꝛ potentiā tripliciter ꝯtingit ꝯsiderari. s. quātū ad q̄dditatē possibiliū. ₇ q̄tū ad quātitatem. ₇ q̄tū ad modū oꝑandi. iō hec ꝑs tres ꝯtinet ꝑtes. siue tres distinctōes. In p̄ma determinat mgr̄ d̄ potētia in compatione ad possibilia q̄ p̄t. In scđa determinat de potētia q̄tū ad quātitatē. ostendēs ei⁹ immēsitatem. infra di. xlĭĭĭ. Quidā tamē de suo sensu gloriātes. In tertia determinat de ipa q̄tū ad modū infra di. xliiĳ. Nūc illud restat discutiendū vtrū melius ₇c. Prima ꝑs que ꝯtinet p̄sentē distinctionem habet quattuor ꝑtes. ¶ In p̄ma mgr̄ ostendit φ dei potētia est omnipotētia. qꝛ est respectu omnium possibilium q̄ possibile est esse. In scđa remouet illa possibilia que posse nō est potētie. ibi. Sed querit̄ quō oīa posse dicat̄. In tertia ponit rōnes q̄ attestātur diuine potentie. ibi. Hic ğ diligēter ꝯsiderantibus oīpotētia eius ₇c. In quarta mgr̄ alias rōnes omnipotētie docet ad p̄dictas duas reducere. ibi. Ex quibusdā tamē auctibus tradit̄ iō ₇c. Et ibi p̄mo ponit auctes. deinde docet eas exponere. ₇ hoc ibi. Sed ad hoc potest dici φ Aug⁹. ₇c.

1 ¶ Oīa q̄dē p̄t deus s₃ nō fac̄ nisi qđ ꝯuenit veritati ei⁹ ₇ iusticie. Ur̄ h̄ v̄bū aug⁹. eē sm̄. qꝛ ip̄s dr̄ miscđia dn̄i sup̄ oīa opa ei⁹ ğ magᵉ deberet dicere φ non fac̄ nisi qđ ꝯuenit mīe. Et iterū. qꝛ drn̄tia ē int̄ veritatē ₇ iusticiam. Rᵒ dōm. φ iusticia vno mō ē idē qđ exigētia meritorū. ₇ sic diuidit̄ ꝯtra miscđiam. Alio mō dic̄ cō decētiā bonitatis. ₇ h̄ mō comp̄hēdit miscđiā ₇ iusticiā ꝓprie dictā. ₇ sic accipit Aug⁹. in p̄dicto verbo ₇ h̄ mō differt a veritate fm rōem dicēdi. q̄uis idē sit fm rē. Nā veritas respicit vnāquāq₃ rē fm se. s₃ iusticia respicit vnā rē cōpatā ad alteram fm φ ꝑ leges debitas colligatur vna alteri.

DI·XLII

De potentia ē omnipotentia.

Aug⁹.

¶ Ostendit φ dei potētia est omnipotētia. quia est respectu omniū possibiliū que possibile est esse. a

Nunc de omnipotētia dei agendū est. vbi p̄ma ꝯsideratio occurrit quō vere deus dicat̄ omnipotens. an qꝛ omnia possit. an tm̄ qꝛ ea possit q̄ vult. Quod enim deus oīa possit pluribᵒ auctibus cōprobat̄. ait em̄ Aug⁹. in li. questionū vete. ac no. legis. a ᵃ Omia quidē p̄t deus. sed non facit nisi qđ ꝯuenit veritati ei⁹ b et iusticie. Idē in eodē.ᵇ Potuit deus cuncta facere simul sed rō ꝓhibuit. id est volūtas. Rōnem nempe ibi volūtatem dei appellauit. quia dei volūtas rōnabilis est ₇ equissima. fatendū est ğ deum omnia posse.

¶ Remouet a deo illa possibilia que posse nō est potētie. b

Sꝫ querit̄ quō omnia posse dicatur. cum nos quedam possimus que ip̄e non p̄t. Nō p̄t em̄ ambulare. loqui. ₇ hmōi. que a natura diuinitatis sunt penit⁹ aliena. cū hoꝝ instrumēta nullatenus habere queat ī corporea ₇ simplex substantia. Quibus id respondendū arbitror φ hmōi actiones ambulatio. s. et locutio ₇ hmōi a dei potentia aliene non sunt. sed ad ip̄a ꝑtinent. Licet em̄ hmōi actiones in se deus habere nō possit non em̄ p̄t ambulare. vel loq̄ ₇ hmōi. eas tamē in creaturis p̄t oꝑari. facit em̄ vt hō ambulet ₇ loquatur ₇ hmōi. Non ğ ꝑ istas

b ¶ Potuit 2 de⁹ cūcta facere simul. s₃ rō ꝓhibuit. Ur̄ male dicere. quia posse ꝓhiberi est impotentie. ğ si

diuina potētia pt ꝓhiberi. est impotens. Item illa rō aut est quid creatū. aut increatū. Si creatū ergo aliquid aliud a deo ꝓhibuit diuinā virtutē. g aliqd pt resistere deo. Si increatū. quō pt ꝓhibere cuz sit omnino idē. Preterea hoc nō videt ꝓhibendū. quia Ecci. lviij. dicit Qui viuit in eternū creauit oīa simul.

De alijs obijcitur. Rº. dōz ꝙ rō hic vocat volūtas rōnalis ⁊ rōnabilitas in volūtate. ⁊ ista ꝗuis nō dicat aliquid ꝗtū ad ꝑnci pale significatuz a diuina cētia. cōnotat tamen aliquid. s. ꝯgruitatē in volito. que quidē nō repit in eius opposito. qd patet. si omnia simul ꝓducta eēnt ꝗtū ad eē singulare. nlla creatura aliquid faceret. ⁊ non essz ꝓterhoc cursus i vniuerso qui est.

Soluit Aug⁹. Voluntas g rōnalis h eligebat vt deꝰ nō faceret oīa simul ꝗuis posset. vn̄ ꝓhibitio nō accipitur hic ꝓ repugnantia sed ꝓ artatione potētie ꝗtū ad actū nō ꝗtū ad posse Et hec est determinatio i differētie ad hoc opus. nō ad oppositū et sic patet obiecta. Nā ecclesiasticꝰ itelligit ꝗtū ad ptes ꝑncipales siue ꝑores. s augꝰ. loqt ꝗtum ad indiuidua.

Aug⁹.

Solutio.

c Deus omipotens non 3 potest mori ⁊c. Queritur de differētia horū quattuor que remouet Augꝰ. a deo. s. mori. falli. miserū esse et mentiri. Rº. dōm. ꝙ ista dicunt defectꝰ ipius hominis siue anime in corpore. Quadruplex autez est actus ⁊ quadruplex potētia. Prima est viuificatiua. ⁊ huius actus est viuere. ⁊ ꝯtra hūc est defectus mori. Secunda est cognitiua. cuius actus est nosse. et contra hunc est falli. Tertia est affectiua. ⁊ huius actꝰ est velle siue amare ⁊ delectari. ⁊ contra hunc est miserum esse. Quarta est opatiua. ⁊ huius actus est agere. et contra hunc est vinci ⁊ superari. Et nota ꝙ ex his q dicuntur. quattuor genera actuum remouent a deo. s. corpales siue instrumētales. vt currere. Actus culpabiles. vt peccare mentiri. Actus passiui. vt vinci et supari. Actꝰ defectiui. vt mori ⁊ falli. q2 habet potentiā cōiunctā defectui Et inde elic magister pfectā rōnem potentie q potest omnia facere ⁊ nihil pati

actiōes diuine potentie detrahit aliquid. quia ⁊ hoc pt facere omipotens. ¶ Sz sunt alia q dam que deus nullatenus facere potest. vt peccata. Non em pt mentiri. non potest peccare sed non ideo omipotentie dei i aliquo detrahit vel derogatur si peccare non posse dicit. quia non esset hoc potētie sed infirmitatis. Si em hoc posset. omipotens nō esset Non g impotētie sed potentie imputādum ē ꝙ ista non pt. Unde Augꝰ. in xv. li. de tri. Magna inquit dei potētia est non posse mentiri. Sunt em quedam que in alijs rebus potētie deputāda sunt. i alijs vero minime. Et que in alijs laudabilia sunt. in alijs vo rephēsibilia sunt. Nō g ideo deus minus potēs est q2 peccare non pt. cū oīpotēs nullatenus possit eē qui hoc pt. Sūt etiaz ⁊ alia quedā que deꝰ nō pt. vn̄ videt non oīa posse. nō em pt mori vel falli. Un̄ Augꝰ. in li. d simbolo. c Deꝰ omnipotēs non pt mori. nō pt falli. nō pt miser fieri. nō pt vinci. hec vtiq ⁊ hmōi absit vt possit omnipotens. Si em hmōi passionibꝰ atq defectibꝰ subijci posset. oīpotēs minime foret. ⁊ inde monstrat oīpotēs. q2 ei hec ꝓpinquari non valēt. pt tn̄ hec in alijs opari.

¶ Ponit rōes q attestant diuine potētie q ꝺm duo ꝯsiderāt c Hic g diligēter ꝯsiderātibꝰ oīpotētia eiꝰ ꝺm duo apparet. scz ꝙ oīa facit q vult. ⁊ nihil oīno patit. ꝺm vtrūq deꝰ oīpotēs verissime ꝑdicat. q2 nec aliqd est qd ei ad patiēdū corruptōez inferre valeat. nec aliqd ad faciēdū ipedimtū afferre. Manifestū ē itaq deū oīno nihil posse pati. ⁊ oīa face posse. ꝑter ea sola quibꝰ eiꝰ dignitas lederet eius q excellētie derogaret. i q tn̄ n̄ ē minꝰ oīpotēs. Hoc ei posse n̄ eēt posse s n̄ posse Nemo g deū oīpotētē i aliq dice ꝑsumat. qui oīa pt q posse potētie ē. ⁊ ide vere dicitur omnipotēs.

¶ Alias rōnes oīpotētie auctē Augꝰ. ⁊ criso. docet ad ꝑdictas duas reducens. d

bus obuiare. vbi dictū est volū
tati ei⁹ nihil resistere.

¶ Ostēdit dei volūtatē ēē effi=
cacē nō voluntate signi sed be=
neplaciti. b

Veꝝ vt supra diximꝰ volūtas
dei diuersis modis accipitur. q̄
diuersitas in p̄dictis vbis si dili
gēter notet̃. nihil ibi ꝯtradicti=
onis repit̃. Vbi eñ dicit̃ nō fie
ri p̄ter ei⁹ voluntatē. etiā qđ fit
ꝯtra ei⁹ voluntatē. dissimilit̃ ac
cepit volūtatē. ⁊ nō ipam volū
tatē q̄ de⁹ est ⁊ sempiterna est.
ſȝ ei⁹ signa p̄dictis vbis ītelligi
voluit. id est. ꝓhibitionē siue p̄=
ceptionē ⁊ ꝑmissionem.

¶ Ostendit ꝙ ꝯtra quandā vo
luntatē signi bñ ꝑt fieri. c

Multa eñ fiūt ꝯtra dei prece=
ptum vel ꝓhibitionē q̄ tñ nō fi=
b unt p̄ter ei⁹ ꝑmissionē. ᵇIpsius
nāq̄ȝ ꝑmissione oīa fiūt mala. q̄
tñ p̄ter eius volūtatē sempiter
nam fiūt. Sic Aug⁹. dic̃ sup il=
lum locū ps̄. Vt nō loquat̃ os
meū opa hoīm. Opa eñ hoīm
dicit ea q̄ mala sunt. q̄ p̄ter dei
voluntatē fiūt. q̄ ipe est. ᶜ ſȝ non c
p̄ter eius ꝑmissionē q̄ ipe nō est.
Appellat̃ tamē ipa dei volūtas
q2 de⁹ volēs sinit mala fieri. Fi
unt ⁊ ꝯtra eius p̄ceptionē vel ꝓ
hibitionē. ſȝ nō ꝯtra ei⁹ volūta=
tem q̄ ipe est. nisi dicant̃ contra
eā fieri. q2 p̄ter eā fiunt. Cōtra
eā quippe nihil ita fit vt velit fie
ri qđ nō fiat. vel nolit fieri ⁊ fiat
qđ euidēter ibi Aug⁹. notauit.
vbi ait. Q̄tuȝ ad ipsos attinet
qđ deus noluit fecerūt. Q̄tuȝ
vero ad omipotentiā dei. nul=
lo modo id facere valuerunt.
Ac si diceret. fecerūt ꝯtra dei p̄
ceptum qđ appellat̃ voluntas.
ſȝ nō fecerūt cōtra dei volunta
tē omnipotentē. quia hoc non
valuerūt. illud valuerūt. et ita
ꝑ hoc qđ fecerūt ꝯtra dei volū=
tatē. i. p̄ceptū. de ipis facta ē vo
luntas eius. id est. impleta est
volūtas ejus sempiterna: qua
eos damnari volebat. Vñ Gre
gori⁹ sup Geñ. Multi volunta
tem dei pagūt. quando mutā=
re cōtendūt. ⁊ ꝯsilio ei⁹ resistē=
tes obsequunt̃. q2 hoc ei⁹ dispo
sitioni militat. qđ ꝑ humanum
studiū resultat. Hic apte ondit̃
q2 dū mali cōsilio ac p̄cepto dei
resistunt (qđ volūtas dei appel=
latur) ea faciūt vñ volūtas ei⁹
que ipe est implet̃. q̄ dispositio
vel beneplacitū vocat̃. Naȝ vt
ait Aug⁹. in ench. quantelibet
sint volūtates angeloꝝ ⁊ hoīm
bonoꝝ vl̄ maloꝝ. vel illđ qđ de
us. vel aliud volētiū q̄ȝ de⁹. om
nipotētis volūtas sp̄ inuicta ē.
que mala esse nunq̄ȝ pōt. etiaȝ
dū mala irrogat iusta est. ⁊ ꝑfe
cto que iusta est. mala non est.
De⁹ ḡ omipotēs siue ꝑ miseri=
cordiā cui⁹ vult misereat̃. siue
ꝑ iudiciū quē vult obduret nec
iniq̄ aliq̄d facit. nec nisi volens
quicquid facit. ⁊ omnia q̄cūq̄ȝ
vult facit.

volūtatis di
uine si fiūt p̄/
ter ꝑmissionē
ḡ etiā p̄ter vo
luntatē. Iteȝ
q̄rit̃ q̄ d̾ria ē ĩ
ter fieri p̄ter
volūtatē. ⁊ ꝯ
⁊ vr̄ ꝙ nulla.
q2 Math. xij.
Qui nō ē me
cū ꝯtra me ē.
R°. dōm ꝙ fi
eri p̄ter volū/
tatē h̄ est. q2
volūtas dei ñ
est in hoc fie/
ri. nec ĩ ei⁹ op
positū. et ita
p̄ter volūtatē
fit qđ non fit
ſm volūtatē
nec ꝯ. ⁊ inter
hec mediuȝ ē
dñs autē in
Math. intel
ligit đ p̄cept̄
que q̄ negli/
git inimicus
dei efficit̃.
¶ Qđ ḡ obij 4
cit̃ ꝙ ꝑmissio
est signū vo/
lūtatis bene/
placiti. dōm
ꝙ nō ē signuȝ
ꝙ de⁹ velit il/
lud qđ ꝑmit/
tit̃. ſȝ ꝙ velit
illud qđ ex eo
elicit̃. ⁊ sic pȝ
illud.
c ¶ Sȝ nō p̄/ 5
ter ei⁹ ꝑmissi
onē q̄ ipe nō ē
ſm h̄ videt̃ ꝙ
ꝑmissio nō sit
de⁹. Cōtra. de
us ē sua actio
ergo deus est
sua permissio
cum ꝑmissio
sit actio dei.
Si tu dicas.
h̄ esse dictum
rōne cōnota/
ti. tunc obijci
tur ꝙ volun/
tas dei simili
ter aliq̄d ꝯno
tat circa voli
tum. R°. dici
pōt ꝙ mgr̃ lo
quit̃ ſm opi/
nionē illoꝝ

qui dicũt nomĩa sex generꝝ nõ ꝑdicare aliquid d̉ deo vel in deo sed a deo. sed hec opinio supra improbata est. Et ideo potest dici ꝙ magister loquit̃ de ꝓmissio ne ratiõe sui cõnotati qḋ importat rõe sui nominis. Et si tu obijcias de volũtate ꝙ cõnotat. dĩm ꝙ verũ est ex adiũcto sed nõ est ita de principali significatiõe nominis.

d ¶ Necꝫ iõ precepit om/nibus bona. vel prohibu/it mala. vl' cõ suluit optĩa. ⁊c̃. Videt̃ fal sum dicere qꝛ p̄ceptum dei est signuꝫ vo luntatis dei. sicut p̄ceptuꝫ nostrum ẽ si/gnũ volunta tis nostre. sꝫ rectus homo nũꝗ̃ p̄cipit aliquid alicui nisi qḋ vult fieri. ergo multo fortiꝰ nec ipẽ deus. Rº. dicenduꝫ ꝙ Augustinꝰ ⁊ magister sequẽs Aug. quãdo de vo/luntate beneplaciti loquunt̃. semꝑ accipiunt ꝓ vo/luntate qua deus absolute vult aliquid euenire. ⁊ de hoc nõ est dubiũ illud qḋ dicit. sed vlteriꝰ magister sequẽs Dam̃. distinguit volũtatẽ antecedentẽ. siue ꝗ̃tũ in se est. ⁊ huiꝰ signũ est p̄ceptũ. ⁊ de hac nõ loquit̃ Augustinꝰ nec magister. e ¶ Precepit ⁊ in veteri ⁊ in noua lege q̄ ab eis q̄b; p̄cepit fieri noluit. Videt̃ male di/cere. qꝛ p̄ceptũ est signũ diuĩe volũtatis. ḡ si p̄cipiebat qḋ nolebat. vl' ꝙ illos decipie/bat q̄bus p̄cipie bat. Itẽ vr̃ falsũ dicere ꝙ noluit ĩmolatõꝫ Isaac. qꝛ abraã volebat ḡ volũtatẽ suam diuĩe ꝯformabat ḡ nõ merebat̃ vt videt̃. ¶ Itẽ q̄re abraã parauit se ad obediẽdũ. nõ aũt curatꝰ ĩ euã/gelio. Rº. dĩm ꝙ q̄dã p̄cepit de us ad faciẽdũ vt p̄cepta moralia. q̄dã ad ꝓbãdũ .i. ꝓbatũ oñdẽdũ. quedã ad erudiendũ. ⁊ hoꝝ duoꝝ exẽpla tãgunt̃ in l̃ra. In p̄cepto ḡ abrae signat̃ nõ ꝙ deꝰ velit ĩmolationeꝫ. sꝫ ꝙ vult abraã velle. ⁊ iõ cũ voluit. se sibi ꝯformauit. In p̄cepto aũt qḋ fecit curato signauit se velle ꝯtemptuꝫ laudis. ⁊ ideo Abraã laudãdus est in volũtate obediẽ tie. ⁊ curatꝰ in hoc ꝙ nõ tacuit.

¶ Epilogat p̄determĩata. Et quare deꝰ p̄cepit oĩbus bona facere ⁊ mala vitare. cum non velit hoc ab oĩbꝰ ĩpleri. d Ex p̄dictis liquet ꝙ voluntas dei q̄ ipse est sꝑ inuicta est. nec in aliquo cassat̃. s; ꝑ oĩa implet̃ Consiliũ ṽo eiꝰ ⁊ p̄ceptio siue ꝓ hibitio. nõ ab oĩbꝰ implent̃ qui d bus ꝓposita et data sũt. d Necꝫ iõ p̄cepit omnibꝰ bona. vel pro hibuit mala. vl' ꝯsuluit optima. ꝙ vellet ab oĩbꝰ bona q̄ p̄cepit fieri. vel mala q̄ ꝓhibuit vitari Si eñ vellet. vtiqꝫ ⁊ fierẽt. qꝛ ĩ nullo põt ab hoĩe sup̲ari. vl' ĩm pediri eiꝰ volũtas. s; vt iusticiã suã hoĩbꝰ oñderet. ⁊ mali eẽnt ĩexcusabiles. deniqꝫ vt boni ex obediẽtia gl'iam. mali ex inobe diẽtia penã sortirent̃. sicut vtris ꝗ ab eterno ꝓparauit. Ea ḡ q̄ oĩbus p̄cepit vel ꝓhibuit. a qui busdam voluit fieri vel vitari s; nõ ab oĩbus. ⁊ quedã ꝑsonalit̃. e precepit ⁊ in veteri ⁊ in noua e lege. q̄ ab eis q̄bꝰ p̄cepit fieri no luit. vt abrae de immolatione filij. ⁊ in euãgelio q̄busdã cura tis q̄bꝰ p̄cepit ne cui diceret.

AD intelligentiã eoꝝ que dicunt̃ in hac par/te quattuor querunt̃. Primo querit̃ vtꝝ vo luntas beneplaciti possit impediri. Secun do querit̃ vtrũ aliquis possit facere ꝯtra voluntateꝫ signi. Tertio vtꝝ deꝰ debeat mala ꝑmittere. Quar/to ⁊ vltimo vtꝝ deꝰ possit mala p̄cipere.

¶ Questio I a

QȜ volũtas beneplaciti nõ possit impediri. ostendi tur p̄mo autoritate Geñ. vlt̃. Nũ dei possumus resi stere volũtati? q. d. non. ¶ Itẽ Roꝝ. ix. voluntati eius q̄s resistit? Itẽ sup illud. j. Thi. vlt̃. Qui vult oĩes homines saluos fieri. glo. rogandus est vt ve lit. ꝙ si vult. necesse est fieri. ¶ Itẽ sup illud p̄s. Iu/stus dñs in omnibꝫ opibꝫ suis. glo. apud deũ hoc est velle. qḋ facere. sed nõ potest impediri ne velit. qꝛ li bere vult qḋ vult. ḡ nõ potest impediri ne fiat. ¶ Itẽ oĩs volũtas que potest impediri. potest superari sed diuina volũtas sup̲ari nõ potest. cũ sit suprema. ergo diuina volũtas nõ potest impediri. ¶ Itẽ om nis causa que impedit̃ a ꝓsecutione sui effectus. aut deficit aut mutat̃. sed diuina volũtas nec deficit nec mutat̃. nec potest deficere nec mutari. ḡ ⁊c̃. ¶ Item nobilius agens est ⁊ nobilior causa que nõ potest ĩ/pediri ꝗ̃ que potest. sꝫ diuina volũtas est summa et sup̲ma causa omniũ. vt supra monstratũ est. ergo ⁊c̃ ¶ Cõtra. oĩs causa cuiꝰ effectꝰ cõtingenter euenit potest impediri. nã nõ potest. tũc effectus euenit ne cessario. sꝫ diuina volũtas est hmõi. qꝛ est multorum cõtingentiũ. alioq̄n aut nihil esset cõtingens. qḋ est ꝯtra arbi. libertatẽ. ⁊ ꝯsiliũ. ⁊ casum. aut deus nõ eẽt illiꝰ causa. quoꝝ vtrũqꝫ absurdũ est. ergo ⁊c̃. ¶ Iteꝫ oĩs causa que ꝑ aliã agentẽ explet̃. potest ꝑ illã de/ficientẽ impediri. si illa possit deficere. hec ꝓpositio per se nota est. sꝫ diuina volũtas est hmõi. nã deꝰ vult multa fieri ꝑ causas creatas que ñ facit sine ipis. sicut generare hominẽ. asinũ ⁊ similia. Similiter de his que sunt ab oꝑe nostro. ⁊ hec possunt deficere. ḡ diuĩa volũ tas impediri. ¶ Itẽ oĩs causa cuiꝰ virtus se extendit ad ꝯtrariũ. volũtate potest aliud velle ꝗ̃ velit. sꝫ diui na essentia est hmõi. aliquid eñ vult deus vt istũ dam nari. cuiꝰ oppositũ potest. hoc certũ est. alioq̄n nõ esset omnipotẽs. potest ḡ facere oppositũ eius qḋ vult. sed omne possibile est ponibile. ponat̃ ergo ꝙ deus faciat oppositũ eius qḋ voluit. si hoc. ergo volũtas dei est fru stra ⁊ impedita. ergo ⁊c̃. ¶ Itẽ volũtas vult aliq̄d qḋ deus vult ipam velle. aut ergo potest velle contrariũ. aut nõ potest. Si potest. ergo diuina volũtas potest impediri. Si nõ potest. ergo necesse est liberalitatẽ eiꝰ artari. ¶ Rº. ad intelligentiã p̄dictoꝝ notandũ ꝙ s̃m Ioh. Dam̃. Volũtas beneplaciti est duplex. sꝫ ante/cedens siue cõditionalis. qua vult ꝗ̃tum in se est oĩm salutẽ. ⁊ absoluta siue cõsequens qua determinate vult aliquid qḋ nouit. certitudinaliter euenire. intelligẽdũ est ergo ꝙ nullã dei voluntatẽ possibile est sup̲ari. nul/lam possibile est cassari. aliquã tamẽ vt antecedentem possibile est nõ impleri. aliquã vt ꝯsequentẽ necesse est impleri. ⁊ impossibile est impediri. Nullã inꝗ̃ est pos sibile sup̲ari. nã si homo non facit qḋ deus vult ꝗ̃tum in se est sine volũtate antecedẽte. deus facit de ipso qḋ vult volũtate cõsequente. ⁊ ita semꝑ implet̃ vel de hoĩe vel ab homine. ⁊ sic nunꝗ̃ vincit̃ vel superat̃. Nõ eti/am possibile est voluntatẽ dei cassari. nam cassum dici tur aliquid dũ priuat̃ effectu proprio ad quẽ est. volũ/tas aũt nullo priuat̃ effectu ad quẽ est proprie. nam qḋ dicit̃ ꝙ deus vult oĩes homines saluos fieri ꝗ̃tum in se est. hec volũtas nõ cõnotat salutẽ. nec proprie est ad

effectum salutis·sed cōnotat ordinationē nature siue
naturam ordinabilē ad salutē·Unde nihil plus est di/
cere·deus vult istū saluū fieri quantū in se est ꝗꝫ deo pla
cuit dare isti naturā ꝑ quā posset ꝑuenire ad salutē·⁊
ꝙ deus paratus esset iuuare ita ꝙ salus non deficit pro
pter defectū a parte dei·Unde nō cassatur·quia habet
propriū effectum·De volūtate autē absoluta planum
est ꝙ nō potest cassari·quia oēm effectū suū ponit·nec
vnq̄ꝫ remanet incōpleta·cū itaq̄ꝫ verum sit voluntatē
dei nullo modo posse superari nec cassari·tamen volū/
tatem absolutā necesse est impleri·conditionalē vero
minime·¶Sed attendendū ꝙ est necessitas cōsequen
tie·⁊ cōsequētis·sicut supra dictū est de ꝑscientia·quia
ipsa nō habet necessitatē cōsequentis·sed cōsequentie·
quia necessario infert·⁊ sequit̄·deus prescit hoc·ergo hoc
erit·sed tamē non necessario ꝑscit·quia in actu ꝑscien/
di frequēter notatur effectus cōtingens·Sic in volū
tate intelligendū est·ꝙ volūtas dei absoluta connotat
euentū rei·⁊ ideo est ibi necessitas cōsequentie·sed nō
cōsequentis·quia nō mutat euentū rei·immo vult deus
ꝙ eueniat cōsequens cōtingens·Unde sicut prescietia
quia necessario infert effectū non potest falli·sic volū
tas absoluta quia necessario infert non potest impe/
diri·immo eā necessariū est impleri·nec necessitate cō
sequentis·nec necessitate cōsequentie·quia nō conno/
tat effectū rei·sed cōnotat illud quod est ordinabile ad
euentū·vt predictū est·Unde bene sequit̄·vult istū sal
uari voluntate absoluta·ergo iste saluabitur·nūq̄ꝫ enim
vellet·nisi pariter ꝑsciret eū esse saluandū·De volun/
9 tate vero cōditionata vt visum est nō sequitur·Si er
go obiicitur ꝙ voluntas dei est necessaria·⁊ necessario
infert effectum·ergo omnimodam ponit circa ipsum
necessitatē·dicendū ꝙ q̄uis necesse sit deū velle·⁊ volū
tatem eius esse in actu·tamē cōparatio eius est ad futu/
rum cōtingens·⁊ ideo effectus euenit cōtingenter.
10 ¶Ad illud quod obiicit̄ ꝙ potest impediri cū sit cau/
sa contingēs·dicendū ꝙ sicut tactū est ꝙ q̄uis compa
ratio diuine volūtatis ad volitū·⁊ euētus voliti se ne
cessario cōcomitent̄·sicut vnū contingens aliud·ideo
nō potest impediri·tūc enim impedit̄ causa·quando ma
nente cōparatione ⁊ ordinatiōe eius ad effectū·effectus
non euenit·Quod ergo ꝓponitur·omis causa cuius effe/
ctus est cōtingens potest impediri·falsa est ꝓpositio
⁊ habet instantiā si effectus necessario cōcomitet̄ et se/
quatur ad causam·⁊ hec est instātia in ꝓposito·¶Ad
11 illud ergo qd obiicit̄ ꝙ potest impediri ꝓpter defectū
cause coopantis·dicendū ꝙ sicut diuina volūtas siue
diuinū velle cōnotat effectum·ita cōnotat existentiam
cause ꝑticularis·Cū enim dicit̄·deus vult istum saluari
nō est sensus ꝙ velit in omnē euentū·sed ꝙ vult istum
saluari·vult istū velle·Unde sicut diuina volūtas cō/
notat istum effectū euenire·⁊ ideo necessario sequitur
effectus ad ipsam·ita cōnotat causam creatā cōcurre/
re·⁊ ideo necessario sequit̄·si deus vult istum saluari·
ꝙ iste etiā velit·⁊ ita nunq̄ꝫ deficit sicut nec effectus·et
12 ita nunq̄ꝫ impedit̄·¶Ad illud qd obiicitur ꝙ deus po/
test oppositū eius qd vult·dicendū ꝙ diuina volūtas
non artat potentiā in possendo·vn̄ plura potest q̄ꝫ ve
lit·artat tamē potentiā in agendo·nunq̄ꝫ enim potētia
agit aliquid nisi qd vult·⁊ impossibile est ꝙ actio sup/
excedat voluntatē·Un̄ nihil potest facere nisi qd pōt
13 velle·Quñ ergo dicit̄ ꝙ potest cōtrariū sue voluntatis
potest intelligi dupliciter·Aut volūtate mouente ad
contrariū·⁊ sic notat̄ repugnātia voluntatis ad potē
tiam·⁊ hoc est impossibile·Aut voluntate nō mouen

te·⁊ sic notat̄ nō impedimentū nec repugnantia·sed ꝙ
voluntas libere potest·quia ita potest hoc ꝙ eius opposi/
tum·ita ꝙ vult hoc qd potest velle eius oppositū absq̄ꝫ
sui mutatione·sicut supra dictū est de ꝑscientia·Et ra/
tio huius est·quia vno ⁊ eodē vult quecūq̄ꝫ vult·¶Ad
vltimū dicendū·ꝙ volūtas dei fm conuenientiā ad ꝑ/ 14
scientiā vult illa que vult·Unde sicut ꝑscientia ambit
totū velle ⁊ posse ⁊ agere·⁊ nō potest falli aliquid nō
subtrahendo cōtingentie rei euenietis·sic etiam in ꝓ/
posito intelligendum. ¶Questio II b
Utrū aliquis possit facere contra voluntatē signi·⁊ ꝙ
non·videt̄·quia signū ⁊ signatū cōformari debēt·ergo
qd fit cōtra vnū·fit cōtra reliquū·⁊ si nō potest fieri ꝯ
signatū·nec cōtra signū·Alioquin si non fit contra si/
gnatū ⁊ ꝯtra signū·tūc signū est falsum·si enim signū du
cit in signatū·significat ꝙ fit ꝯtra ipm·fieri ꝯ signatū.
¶Item minimū inter omia signata est ꝑmissio·cū sit
respectu mali ad quod minime ordinat̄ beneplacitum
dei·ergo si minime accedit ad voluntatē beneplaciti si
nō potest fieri cōtra ꝑmissionē·multo minus ꝯ alia·sed
nō potest fieri ꝯtra ꝑmissionē·sicut dicit magister ī lit
tera·⁊ Aug9·de ciui·c·xx·sicut nullus hominū agit re
cte·nisi adiutus diuino auxilio·sic nullus hominum atq̄ꝫ
demonū agit vnq̄ꝫ nisi eodē diuino atq̄ꝫ iustissimo per
mittat̄ iudicio·¶Itē potentior est volūtas cui nō po
test resisti nec in se nec in signo·q̄ꝫ cui potest ī signo sal
tem·⁊ si nō in re·sed deus est potētissimus·ergo videtur ꝙ
nec volūtati eius nec signo voluntatis possit resisti·⁊
sic de·¶Contra·inter omia signa voluntatis ꝑceptio
siue imperiū videt̄ esse potentissimū·sed fieri potest·⁊
fit tota die cōtra diuinū mandatū·ergo ꝯtra omia alia.
¶Item videt̄ ꝙ specialiter cōtra ꝑmissionē·quia per/
missio nō est nisi male culpe·sed malū culpe non est ma
lum nisi volūtarie fiat·⁊ si volūtarie fit·potest nō fieri
ergo ꝑmittente deo aliquē male facere·potest nō facere
ergo potest facere ꝯtra ꝑmissionē·¶Item sup illud ps
Eduxit eos cū argento ⁊ auro·glosa dicit·ꝙ idem fuit
ꝑceptū ⁊ ꝑmissum·s·absportatio vasorum·ergo cū pos/
sit fieri cōtra ꝑceptum·pari ratione ⁊ ꝯtra ꝑmissionē
⁊ cōtra alia·ꝑ ꝯsequens ergo cōtra omnē voluntatem
signi·¶Responsio·dicendū ꝙ ꝯtra aliquod signū diuine vo/ 15
luntatis potest fieri·ꝯtra aliqd non·⁊ ratio huius du
plex est·ex duplici modo distinguēdi signa·Quedam
enim sunt signa respectu ꝑsentis·vt impletio ⁊ ꝑmissio·
Quedā respectu futuri·vt ꝑceptio ⁊ consiliū ⁊ ꝓhibi/
tio·Et quoniam de ꝑsenti qd fit·impossibile est in ꝑsenti nō
fieri·quoniam esse qd est·quando est necesse est esse·ideo respectu
signorum de ꝑnti nō potest esse resistentia·quia si sit resi/
stentia·iam nō sunt ꝑsentia·Quia vero futura vel fa/
cienda possunt nō fieri·ideo q̄ꝫtum ad signa tria seq̄n/
tia·resistētia potest esse·Alia ratio sumit̄ fm aliū mo/
dum distinguēdi·Quia quedā sunt signa diuie volū/
tatis absolute·quedā cōditionate·Dico ergo ꝙ quia con
tra voluntatē absolutā nō potest fieri·nō potest etiā
fieri cōtra signa volūtatis absolute·vtpote sunt iple/
tio ⁊ ꝑmissio·Quia vero cōtra voluntatē antecedentē
siue cōditionatā potest fieri·quia potest homo diuer/
tere ab ordine ad quē ex sui ꝯstitutione cōditus ē·hinc
est ꝙ potest fieri ꝯtra voluntatē signi·que illā signat
scilicet contra ꝓhibitionē ⁊ ꝑceptionē ⁊ consiliū·¶Ad il
lud quod obiicit̄ ꝙ cōtra nullū potest fieri·patet solu/
tio ꝙ est falsum ¶Ad illud quod obiicit̄ ꝙ minimū est 16
ꝑmissio·dicendū ꝙ maior significatio vel minor nihil
facit ad hoc·sed ꝑsentialitas effectus·vel etiā quia si/
gnat voluntatē absolutam qua aliquid connotat ab/

17 solute. ¶ Ad illud quod obijcitur ꝙ potentius est il/
lud contra cuiꝰ signum non potest fieri. dicendum ꝙ
verum est quando voluntas vult omnino ꝙ nihil fiat.
nisi ꝙ ostendit se velle. sed diuina voluntas non est ta
lis. immo vult ꝙ vnusquisqꝫ habeat propriā libertatē
⁊ facit quod vult. Unde potentia faciendi contra di/
uinam voluntatē est a diuina voluntate. ⁊ ideo nō es/
set potentior propter hoc. Unde distinguendū ꝙ pos
se facere contra signū voluntatis alicuiꝰ. aut est cōtra
voluntatē. ⁊ sic attestatur impotētie. Aut illud posse
est a voluntate cuiꝰ est signum. ⁊ sic non attestatur im
18 potentie. sed magis potentie. ¶ Ad illud quod obijci
tur ꝙ contra oīa. quia fit contra preceptionē que est
maximū signum. soluendū est per interemptionem. ꝙ
non est maximū signū. quia impletio maius est. Pre/
terea hoc nihil est ad propositū. sed presentialitas ī ef/
19 fectu. ⁊ absolutio in significato. ¶ Ad illud quod ob/
ijcitur. ꝙ fit contra permissionē. quia peccator potest
non peccare. dicendum ꝙ deus nō dicitur permittere
peccare nisi eū qui actualiter peccat. duꝫ peccat. ⁊ tūc
impossibile est eū non peccare. ¶ Ad illud quod vlti/
20 mo obijcitur. ꝙ idē fuit ibi preceptū ⁊ ꝑmissum. dicen/
dum ꝙ permissio multis modis accipitur in scriptu/
ra. Primo modo dicit̄ permissio non cohibere. sic do/
minus ꝑmittit mala. quia non cohibet. et hoc modo ē
signum voluntatis diuine distinctū contra preceptū.
Alio modo non punire tempaliter. ⁊ sic dicitur libel/
lus repudij permitti. Math. xix. Moyses ad durici/
am vestrā permisit. Tertio modo nō prohibere. Psal
mista. Irascimini ⁊ nolite peccare. glosa. permittit qd
necessitatis est. non prohibet. Quarto modo permit/
tere est minus bonum indulgere. super illud. j. Cor.
vij. hoc aūt dico ſm indulgentiā ⁊c. glo. ꝑmittit.

¶ Questio III c

Utrum debeat deus mala permittere. ⁊ ꝙ sic. videtur.
Job. xij. abundabunt tabernacula predonū ⁊c. Grego
rius. Omnipotēs deus quod fieri nō prohibet. iustuꝫ
est vt fieri sinat. ¶ Item deus debet cōseruare ordinem
quem instituit. sed cū deus creauit hominē. dedit ei libe
ram voluntateꝫ. sed libera voluntas dicit̄. eo ꝙ libere
potest quicquid vult. ergo si vult malum. potest ī ma
lum. ergo cū non debeat auferre homini potentiā quā
dedit. debet ipm permittere peccare. ¶ Item malū fre/
quenter est occasio maioris boni. sed nō fieret nisi ma/
lum precessisset. vt patet in passione christi. sed decet de
um facere ⁊ permittere id quod est via ad melius. ergo
cum nō possit malum facere. solum debet permittere.
¶ Item deus oīa facit propter laudē suam. sed ī ma/
lis manifestatur laus diuine iusticie ⁊ misericordie. er
go si non debet facere propter ampliationē sue laudis
non debet impedire ne mala fiant. ergo ⁊c. ¶ Contra
Ro. j. Non solū qui talia agunt digni sunt morte. sꝫ
qui consentiūt. glosa. Consentire est facere cum possit
arguere. ergo cum deꝰ possit corrigere ⁊ impedire ma/
lum. si permittit ⁊ tacet consentit. sed qui consentiunt
digni sunt morte. ergo ⁊c. ¶ Item Augustinus. xix. de
ciuitate dei. ca. xvj. Ad innocentis officium non soluꝫ
pertinet nemini malū inferre. sed etiam a peccato cohi
bere. ergo si deus non cohibet cū possit. deus non est ī/
nocens. ¶ Item ratione videtur. quia omnes virtu/
tes nostre debent habere exemplar in deo. sed in nobis
est virtus zeli. ergo ⁊ in deo. sed zelus quantuꝫ potest
obuiat peccato. ergo si deus habet zelum. quantuꝫ po/
test obuiat. ergo ⁊c. ¶ Item vniuerse vie domini mise
ricordia ⁊ veritas. si ergo permittit iustum peccare.
aut est misericordie. aut iusticie. Non misericordie. cō
stat. Nec iusticie. quia iustus non meruit cadere. ergo
⁊c. ¶ Rᵒ. dicendum ꝙ deus permittit mala fieri. et hoc
ordinatissime. Duplex est enim ordo rerū. Unus ī vni 21
uerso. Alter in finem. ⁊ vterqꝫ exigit ꝙ deus permittat
mala fieri. Ordo quippe in vniuerso exigit. quia ad ꝑ/
fectionem vniuersitatis necesse fuit fieri creaturam ar
bitrio liberam. ⁊ peccare potenteꝫ. sed amministratio
vniuersitatis est vt deus sic res conditas amministret
vt eas agere proprio motu sinat. sicut dicit Augusti/
nus. vij. de ciuitate dei. Ideo cum debuerit dare poten
tiam peccandi. ⁊ debuerit regere saluo ordine sue condi
tionis. si voluit peccare debuit permittere. ⁊ si non no
luit peccare debuit conseruare. ⁊ ita debet ꝑmittere ma
la. Ordo ad finem hoc exigit. quia duplicē finem con/
tingit reperiri in vniuerso. vnus est solus electorum.
alius diuina laus. quoniā ergo permissio maloꝝ red/
dit electos gloriosiores per occasionē. ⁊ deus non cu/
rat vtrū per causam vel per occasionē electoruꝫ gloria
augeatur. ideo deus permittit recte. Unde Augustinꝰ
xj. de ciuitate dei dicit. ꝙ nullū faceret quem malū pre/
sciret. nisi pariter nosset quibus bonorū vsibus accom
modaret. Prosunt autē eis exercitando. Et ideo dicit 22
de lapsu mundi. ꝙ permisit plures esse malos. quia si
pauci essent. non auderent exercere bonos. Diuina eti
am laus hoc exigit. quia occasione mali summe mani/
festatur diuina misericordia in electis. in filij vnigeni
ti donatione pro inimicis ſm tempꝰ. Summe etiā ma
nifestatur dei iusticia in eterna punitione reproborum
Unde Augustinꝰ. xj. de ciuitate dei. Si omnes rema/
nerent in pena. in nullo appareret misericordis gratia
redimentis. Rursus si oēs transferrentur ad lucem
in nullo appareret seueritas vltionis ¶ Ad illud ergo 23
quod obijcitur. ꝙ permittere est consentire. dicendum
ꝙ permittere malū est dupliciter. Aut non cohibendo
manū vel animū. nec in facto nec in retributione. et sic
consentire est. Uel non cohibendo manū sed tamē pu
niendo tansgressorē ⁊ arguendo continue. ⁊ sic nō con
sentit. ⁊ hoc modo deus permittit ⁊ non consentit.
¶ Ad illud quod obijcitur ꝙ ad innocentē pertinet co/ 24
hibere. dicendū ꝙ illud intelligitur de cohibitione qn/
tum ad argutionē ⁊ punitionē. non q̄ntum ad volūta/
tis coactionē. ¶ Ad illud quod obijcitur ꝙ zelus ob/
uiat peccato. dicendū ꝙ verū est saluo iure iusticie ⁊ iu 25
sticia. prout ordo vniuersi hoc exigit vt deꝰ permittat
hominē ire ſm imperiū sue voluntatis. ¶ Ad illd qd 26
vltimo obijcitur patet responsio. quia permittere ali/
quem peccare est opus iusticie. non inqm iusticie que
sit exigentia meritorum. sed condecentia diuine sapiē/
tie ⁊ bonitatis.

¶ Questio IIII d

Utrum deus possit mala precipere. Et ꝙ sic videtur.
Quia precepit Osee. j. vt duceret vxorem fornicariaꝫ
Et Bernardus exponit ad litterā. Et si dicas ad litte
ram non esse intelligendū. Obijcitur tunc. quia prece/
pit non tm̄ ducere vxorem. sed etiā facere filios forni/
carios. ꝙ si esset vxor legitima. non essent filij forni/
cationis. ¶ Item Exod. xij. Precepit facere furtum fi
lijs israel. sed furtū est malum ⁊ contra legem nature.
ergo ⁊c. Si tu dicas ꝙ non est malum ſm se. ⁊ ideo po
test fieri. obijcitur. quia precepit Abrae occidere filiuꝫ
innocentem. ⁊ quē sciebat innocentē. Gen. xxij. et hoc
est malum ſm se. ergo videtur ꝙ deus possit precipere
malū. ¶ Item ratione videtur. quia deus est super om
nem legē. ergo in omni mandato potest dispensare. ergo

potest omnium preceptorū ⁊ prohibitionū contraria precipere. ¶ Item plus distat non ens ab ente q̄ꝫ malum a bono. sed deus solo imperio voluntatis ex nō ente facit ens. ergo solo imperio voluntatis ex malo facit bonum. ergo potest precipere mala vt videť. ¶ Cōtra. preceptū est signum diuine voluntatis. ergo aut ē falsum signū. cū significet deum non velle quod precepit. aut deus vult illud. Si deus vult malū. est malus. Si non vult ⁊ precepit. est falsus. ⁊ vtrūqꝫ est impossibile apud deū. ergo ⁊c. ¶ Item nullus obediens diuīo precepto debet puniri. ergo si deus potest malū precipere. potest malū impune fieri. Sed malū remanere ī punitum est contra diuinā iusticiaꝫ. ergo deus potest facere contra se. ergo sibi aduersari. sed hoc est impossibile. ergo ⁊c. ¶ Item deus precepit mala non fieri. si ergo precepit fieri. precepit duo opposita. sed duo opposita fieri est impossibile. ergo deus precepit impossibile. sed ad nullū tale preceptum obligamur. ergo deo possumus non obedire. quod absurdū est. Et iteꝝ. omnis precipiens impossibile est stultus vel impius. ergo deus esset stultus vel impius. quorū vtrūqꝫ est impossibile. Et ideo dicit Hieronym⁹. qui dicit deum p̄

27 cepisse impossibile anathema sit. ¶ R̄o. dicendum. ꝙ cum queriť. vtrū deus possit precipere malum. hoc potest dupliciter intelligi. Aut malū manens maluꝫ. aut ita ꝙ precipiendo faciat bonum. Primū simpliciter ē impossibile. secundū vero aliquo modo est possibile. licet non omnino. Est eñ aliquid malum in se. aliquid malū ꝭm se. Malū in se potest fieri bene. malū sc̄dm se nullo modo potest fieri bene. immo hoc intelligere ꝙ fiat bene. est intelligere ꝙ idem sit malū ⁊ bonum. Potest ergo dici ꝙ deus potest precipe malū in se. ⁊ nō malum ꝭm se. quia nihil potest p̄cipere quin bonū sit postq̄ꝫ preceptū est. ⁊ illud est malū in se. non autē ꝭm se. et

28 ideo potest illud precipere ⁊ non aliud. Et hinc habet ortū quod dicit Bern̄. in libro de dispensatione et precepto. ꝙ deus potest dispensare in p̄ceptis secunde tabule. ⁊ non prime. Et ratio huius est. quia in p̄ceptis secunde tabule q̄ꝫtum est de ratiōe precepti tangitur siue precipitur ordinatio ad proximū. ⁊ prohibeť deordinatio ad eundē. Deordinatio autē respectu proximi nisi deordinatio respectu dei. malū est in se. Si autem respectu dei malū est ꝭm se. sicut cognoscere non suā. malum est in se. sed cognoscere alienā ex libidine siue non suā. malū est ꝭm se. Sed deus in p̄ceptis secunde tabule dispensat ⁊ dispensare potest. ⁊ contra illa potest p̄cipere ratione p̄dicta. Nec ex hoc sequiť ꝙ precipiat contraria. quia mandatū speciale absoluit a cōmuni. sicut priuilegiū speciale. In p̄ceptis autē prime tabule non potest deus dispensare. quia coruꝫ opposita sunt mala ꝭm se. ipsa eñ precepta dicunt ordinationē ad deū siue in finem de sua ratione. ⁊ eoꝝ opposita deordinationeꝫ. ⁊ ideo si contrariū p̄ciperet. preciperet contra se. contra se autē non potest facere. ⁊ si illa p̄ciperet. cum illa sint mala ꝭm se. ita ꝙ nullo modo possunt bene fieri. aut deus vellet malū. quod est incōueniens. aut impune fieret malū. aut idē esset bonū ⁊ malum. quorū vtrūqꝫ est incōueniens simpliciť. Et iō p̄cedēde sunt rōnes p̄bātes ꝙ deus nō potest malū precipe. vtputa nulluꝫ manens malū. ⁊ hoc est malū ꝭm se. Tamen vltima ratio de hoc ꝙ precipit malū. non valet. ⁊ iam soluta est.

¶ Ad illud ergo qd̄ obijcitur de Osee. dicendū ꝙ illud fuit malū in se. scꝫ cognoscere nō suam. ⁊ diuino precepto factū est ei bonum. sed ꝭm ꝙ fornicatio dicit actuꝫ libidinosum. et cognoscere aliquā ex libidine. hoc dominus nunqꝫ p̄cepit. 29

¶ Ad illud quod obijcitur de autoritate Exodi. ꝙ p̄cepit filijs israel furtum. dicenduꝫ ꝙ illud similiter p̄cepit inquantū fuit malum in se. scꝫ accipere rem alienā. sed hoc potuit facere. quia cum sit domin⁹ omniū. dominiū potuit transferre. Sed nunqꝫ precepit ꝙ ex libidine hoc facerent. illud eñ est malum ꝭm se. 30

¶ Ad illud qd̄ obijcitur de deo qd̄ precepit abrae de Isaac. dicendū ꝙ illud non erat malum ꝭm se. quia Isaac q̄ꝫuis non esset reus mortis sibi infligēda ab homine. tamen ratione peccati originalis reus erat mortis temporalis sibi infligende a deo. ad quā habebat necessitatē. ⁊ ideo deus habebat autoritatē ⁊ ita de iure potuit illā Abrae ex causa cōmittere. Tamen aliqui volunt dicere ꝙ non p̄cepit occidere. sed offerre. Sed cōtra hoc est glosa ⁊ textus. quia diciť ꝙ portauit ignem ⁊ gladium. 31

¶ Ad illud quod obijcitur ꝙ potest super omnē legem datam. dicendū ꝙ verum est ꝙ potest. qr potest ponere. sed non potest destruere iam positum. Quoniā enim ordinationē ad ipsum dicunt aliq̄ mandata. sicut non potest cōtra suam iusticiam facere. sic nec contra illa precipere. 32

¶ Ad illud quod obijcitur. ꝙ de non ente potest facere ens. dicendum ꝙ veruꝫ est ꝙ potest facere. sed hoc non potest facere ꝙ aliquid sit ens ⁊ non ens. ⁊ quia non ens non habet necessitatem ad hoc ꝙ sit non ens. ideo potest fieri ens. sed aliqua sunt mala que si sunt. de necessitate sunt mala. sicut mētiri ⁊ odire deum. Et ideo non est simile. quia si faceret ista esse bona. faceret ꝙ idem simul esset bonum et malum. 33

¶ Distinctio. xlviij. Qualiter voluntas nostra diuine conformetur.

Sciendū quoqꝫ est ꝙ aliquando mala est volūtas hominis ⁊c. Hec est tertia pars in q̄ agit magister de cōformatiōe voluntatis nostre ad voluntatē diuinā. Et diuidiť hec pars in quattuor p̄tes. In prima magister ostendit ꝙ ad conformitatē voluntatis nostre ⁊ diuine nō sufficit conformitas in volito. In secunda ostendit. ꝙ nō sufficit conformitas in operatione siue in opere operato. ibi. Illud quoqꝫ nō est pretermittendū. In tertia magister soluit ex h̄ q̄ndam questionē a latere. Utrū scꝫ sancti debeant passionem xp̄i velle. ibi. Ex quo soluiť questio qua queri solet. In quarta vero ⁊ vltima magister mouet questionem iuxta hanc. ⁊ determinat. ibi. Si vero queriť vtꝝ eodem modo sentiendū est. vbi ostenditur ꝙ dissimiliter iudicandū est de passionibus sanctoꝝ et ipsi⁹ xp̄i.

¶ Ostendit ꝙ ad conformitatem volūtatis nostre ⁊ diuine non sufficit conformitas in volito. Uel aliter. Q aliquando homo bona voluntate aliud vult q̄ꝫ deus. ⁊ aliquando mala id quod deus bona voluntate vult.

Sciendum quoqꝫ est ꝙ aliquando mala est volūtas hoīs idē volentis quod deus vult fieri. ⁊ aliquādo bona est volūtas hoīs aliđ volentis q̄ꝫ de⁹. Ut eñ bo- DI·XL VIII

1 a Multū est interest q̄d velle hoī. q̄d deo ꝯgruat. Contra. ex hoc videt̄ ꝙ aliq̄d licite possit homo velle sciendo. cui⁹ deus velit cōtrariū. ponat̄ ergo ꝑ impossibile ꝙ alicui reuelet̄ sua dānatio. constans ē ꝙ deus vult istū damnari volūtate absoluta. aut ḡ iste tenetur velle aut nō. vl' q̄c q̄d sit de tentione. q̄d ē ꝑfectius velle. vtrū velle dānari. vel non Si vult dānari. ḡ vult a deo separi. ꝭ voluntas recta nūq̄ pōt appetere. Si nō vult damnari. ḡ ꝑfecte se nō ꝯformat ḡ ꝑfectior est voluntas opposita. R°. dōm. ꝙ illd̄ ē īpossibile. ꝙ alicui reuelet̄ sua dānatio. ꝛ impossibili posito nō est mirꝫ si seq̄t̄ impossibile. Tn̄ si tu q̄ras q̄d 2 est ꝑfect⁹. R°. dōm ꝙ ī eterna dānatiōe sunt duo. scꝫ pene inflictio ꝛ eterna a dō sepatio. Separationem eternā a deo nullo mō credo ꝙ aliq̄ aīa recte debeat velle. īmo ꝑ velle ꝯtrū. scꝫ penā velle si reuelatū ē sibi debꝫ. ꝛ ꝭ pꝫ qꝛ quilibet iustus de se ꝛ de alio dꝫ velle. ꝙ oīs peccās finalit̄ eternaliter puniat̄. ḡ si ponit̄ ꝑexistes cognitio certitudinaliter iuxta se. credo ꝙ q̄diu durat ei bōa volūtas. ꝙ ꝭ nolet. Si aūt queras de eo q̄ peccat. vtꝝ velle debeat grām sibi subtrahi. ꝛ videt̄ ꝙ sic. cū de⁹ velit. ꝛ ipe sciat ꝭ esse iustū. R°. dōm. ꝙ grām subtrahi alicui ꝭ 3 triplici ꝯditione pōt respici. aut simplicit̄. aut ad tēpus. ꝛ ad tps adhuc duplr̄. vel ī se. vel ꝑ ꝑut hꝫ rōnē pene. hoc modo vult deus subtrahere. ꝛ hoc modo debet peccans velle vt eū deus puniat. Unde regula generalis ꝙ in omnib⁹ que scim⁹ deum velle absolute tenemur volūtate absoluta velle. tamen licet nobis velle contrariū voluntate cōditionata siue q̄ntum ī nobis est. quia hoc decet nos. ꝛ propt̄ hoc dicit Augustinus. Multū interest ꝛc.

Secūdum duo consideratur bōa volūtas hominis.

na sit hoīs volūtas oportet attendere q̄d ꝯgruat ei velle et q̄ fine. Tm̄ em̄ interest int̄ volūtatē dei ꝛ volūtatē hoīs. vt i q̄busdā aliud ꝯgruat deo velle. aliud hoī. Un̄ Aug⁹. in ench. Aliq̄n bona voluntate hō vult aliq̄d q̄d de⁹ nō vult. bona multo ampli⁹ multoq̄ certi⁹ voluntate. Nā illi⁹ mala volūtas esse nūq̄ pōt. Tāq̄ si bon⁹ fili⁹ patrē velit viuere quē de⁹ bōa volūtate vult mori. Et rursus fieri pt̄ vt hec velit hō voluntate mala. q̄d de⁹ vult bona. velut si mal⁹ fili⁹ velit mori prēm. velit etiā ꝭ de⁹. Nēpe ille vult q̄d nō vult de⁹. iste v̄o id vult q̄d vult ꝛ de⁹. ꝛ tn̄ bone dei volūtati pietas illi⁹ poti⁹ ꝯsonat (q̄uis aliud volētis) q̄ꝫ h⁹ idē volētis impietas. a Multū em̄ iterest q̄d velle hoī. q̄d deo ꝯgruat. et ad quē finē suā q̄sq̄ referat voluntatē vt approbet̄ vel iprobetur. Pōt em̄ velle bonū q̄d nō congruat ei velle. ꝛ pt̄ velle bonuꝫ q̄d ꝯgruit. ꝭ nō refert̄ ad finem rectū. ꝛ ideo non est bona voluntas.

Ostēdit ꝙ ad ꝯformitatē voluntatis nr̄e ꝛ diuie nō sufficit ꝯformitas in ope opato. Ul'aliter. Q̄z bona dei volūtas. mala hominū volūtate implet̄. vt in passione xp̄i ꝯtigit. vbi q̄ddā factū ē q̄d de⁹ bona ꝛ iudei mala volūtate volucrūt. Uoluerunt tn̄ ꝛ aliq̄d quod deus non voluit. b

Illud q̄ꝫ nō est ꝑtermittēdū ꝙ aliq̄n dei volūtas bona. ꝑ malā hoīs voluntatē implet̄. vt ī crucifixione xp̄i factū est quē deus bona volūtate mori voluit. Iudei v̄o impia volūtate eū crucifixerūt. Et volebāt iudei mala volūtate q̄ddā q̄d deus voluit bona. volebat scꝫ vt xp̄s pateretur. moreret̄. ꝭ volebāt ꝛ aliq̄d aliud q̄d de⁹ nolebat. scꝫ occidere xp̄m q̄d fuit mala actio ꝛ peccatū. Actū q̄ppe iudeoꝝ nō voluit deus. passionē vero xp̄i voluit. sic̄ ꝛ in ip̄o ps̄. xp̄s ad patrem ait. Tu cognouisti sessionem meā. i. voluisti ꝛ approbasti passionē meā. tibi ei placuit Uoluit itaq̄ tota trinitas vt xp̄s pateret̄. nec tn̄ voluit vt iudei occiderēt. qꝛ voluit penam xp̄i. ꝭ nō voluit culpā iudeoruꝫ nec tn̄ noluit. si ei noluisset. nec fuisset. Sed ad hoc opponit̄ sic. Si voluit de⁹ vt xp̄s pateretur voluit vtiq̄ vt pateret̄ a iudeis vel nō. Si voluit vt n̄ pateret̄ a iudeis. cū passus sit. factū ē ita q̄ q̄d voluit de⁹ n̄ fieri. Si autē voluit eū pati a iudeis. ḡ voluit euꝫ occidi a iudeis. Uoluit itaq̄ vt iudei occiderēt eum.

Ad q̄d r̄ndentes dicim⁹ simplicit̄ ꝯcedēdū eē ꝙ b de⁹ voluit b xp̄m pati ꝛ mori. qꝛ ei⁹ passio bonū fuit ꝛ cā n̄re salut'. Cū autē dicit̄ volebat eū pati vl' occidi a iudeis. ꝭ distinguendum est. Si em̄ intelligit̄ sic. volebat eū sustinere passionem siue crucifixionē a iudeis illatā ver⁹ ē sensus. Si v̄o itelligit̄ sic. volebat vt iudei occiderēt eū. falsum ē. c Nō ei volebat de⁹ actionē iu c deoꝝ que mala erat. ꝭ volebat passionē bonā. ꝛ hec volūtas ꝑ

b Deus voluit xp̄m pati ꝛ mori ꝛc. 4 Contra videtur em̄ male dicere. qꝛ occidere christū erat malum facere. ḡ xp̄m occidi fuit malum fieri. si ḡ deus voluit xp̄m pati. deus voluit malꝫ fieri q̄d supra negatum est. R°. dicendū ꝙ occidere christum fuit maluꝫ per comparationem ad subiectū quando ergo accipitur passio. aut simpliciter accipitur. aut in comparatiōe ad patientē siue ad sustinentem penam. et sic simpliciter est bonū aut in comparatione ad inferentem. et sic ex illo respectu iudicatur malum. qꝛ malicia mor̄ potius intentionē respicit q̄ꝫ actuꝫ Et primo modo est sensus. Christum pati a iudeis est bonum. id est. Christum sustinere penam quam iudei intulerunt est bonum. Secundo modo est sensus. Christum pati a iudeis est bonum. id est. passionem inferri christo a iudeis est bonum. et sic falsum. quia illatio passionis non fuit nisi mala. sed sufferentia non fuit nisi bona. Et sic distinguit magister.

ps. cxxxviij.

Oppositio

R°.

c Non enim volebat ꝛc. Innuit magister ꝙ actio 5 iudeorum fuit mala. Contra videtur falsum dicere. qꝛ

malas iudeorũ voluntates impleta est. Unde Augustinus in ench. deus quasdam voluntates suas vtiq bonas implet p malorũ hominum voluntates malas. sicut p maliuolos iudeos bona voluntate patris xp̃s p nobis occisus est. Quod tñ bonum fuit. vt apostol⁹ Petr⁹ quando id fieri nolebat. sathanas ab ip̃o qui occisus est diceretur. Ecce manifeste habes. magnũ bonũ fuisse q christ⁹ occisus est. τ h̃ bonũ. qz Petr⁹ nolebat. iõ redargutus est.

Soluit q̃stionẽ collateralem Utrum sancti debeant passionem xp̃i velle. c

Ex quo soluit̃ questio qua queri solet. vtrũ viris sanctis placere debuerit q xp̃s pateret̃ vel occideret̃. Debuit eñ eis placere intuitu nostre redẽptiõis s; non intuitu ipsius cruciatus. Uoluerũt ergo ac vehemẽter cupierũt xp̃m mori ꝑpter liberationẽ hoĩs τ impletionẽ diuine volũtatis. s; non voluerunt delectatione ipsius afflictiõis. De eodẽ ergo letabant̃ τ tristabant̃. sed ob aliud gaudebant. τ ꝑpter aliud dolebant. Uolebãt ẽ xp̃m mori p hoĩs redemptione. τ tñ de morte ipsius diuersis de causis corda eorũ varie mouebant̃.

Mouet questionẽ circa p̃dicta. Quõ sentiendũ sit de passionibus sanctorũ. an velle. an nolle debeamus. d

Si võ querit̃ vtrũ eodẽ mõ sentiendũ sit de passionib⁹ τ martyrijs sanctorũ. Dicimus aliquam esse differentiã int̃ passionem capitis et membrorum. Christi nãq passio causa est nostre salutis. qd nõ est passio alicui⁹ sancti. Nulli⁹ eñ passione redẽpti sum⁹ nisi xp̃i. Profuert quidẽ nõ mõ eis q passi sũt. verum etiã alijs fidelib⁹ ip̃orũ passiones. Uerũtñ nr̃a redẽptio nõ sunt. h̃ eñ passio illi⁹ sola potuit q de⁹ est τ homo. Illi⁹ ergo passionẽ credẽtiũ pie mẽtes voluerũt τ optauerũt fieri sicut futurũ credebãt. Passiones vero sctõrũ possum⁹ velle τ nolle. et vtrũq bona volũtate si rectos nobis ꝑponam⁹ fines. Cui eñ placuit pauli passio eo fine. qz p̃miũ eius p h̃ auctũ τ pactũ cernebat. bonã videt̃ habuisse voluntatẽ. q voluntati ei⁹ ꝯgruebat q cupiebat dissolui τ esse cũ xp̃o. Qui aũt voluit eũ declinare passionẽ τ effugere man⁹ iniquorũ cõpassione pietatis τ ille habuit bonã voluntatẽ. Unde Aug⁹. in ench. Bone apparebãt volũtates piorũ fideliũ q nolebãt aplm paulũ hierlm pgere. ne ibi pateret̃ mala q Agab⁹ ꝑpheta p̃dixerat. τ tñ h̃ illũ deus pati volebat ꝑ annũciãda fide xp̃i. exercẽs martyrẽ xp̃i. Neq ip̃e bonã volũtatẽ suã impleuit p xp̃ianorũ volũtates bonas. s; p iudeorũ malas. τ ad eũ poti⁹ ptinebãt q nolebãt qd volebat q̃ illi p q̃s volẽtes factũ ẽ qd volebat. qz idipsum mala voluntate fecerũt qd deus bona voluntate voluit. Ita τ in passione xp̃i factum est. qd eñ de⁹ voluit. hoc idẽ iudas τ diabolus. sed illi mala voluntate. de⁹ vero bona voluntate. scz vt christus moreretur. Uerũtamen illi actum voluerũt quem de⁹ non voluit.

Aug⁹. actio iudeorum fuit causa passionis sed si causa immediata mala. τ effectus. ergo si actio fuit mala. et passio. R°. dicendum. q istud est verũ de actione τ passione in eodẽ genere bonitatis. s'm q vnũ est cã alterius. dicendũ ergo q actio

Mat. xvj. iudeorũ fuit causa passionis ĩ genere nature. τ in illo genere sicut actio fuit mala. ita τ passio. sed non fuit causa ĩ eodẽ genere moris. immo christi bona intentio. passionem volũtariã dirigebat in bonum finem econtra in actione iudeorũ. non habente rectũ finem. τ ideo ĩ genere moris actõ fuit mala et deo displicẽs. τ passio bõa τ dõ placens. τ sic patet totũ d. Qd tñ bonũ fuit vt apostolus Petrus qui id fieri nolebat ab ipso q occisus est sathan diceretur. Contra. s'm hoc videtur q quicunq dolet et tristatur circa passionem christi eẽt redarguendus. ergo peccauit beatissima mater duz doluit sicut dicitur Luc. ij. Tuam ipsius animam pertrãsibit gladius. Peccauerũt similiter apostoli. Falsum etiã dicit apostol⁹. ij. thi. ij. Si sustinebimus τ conregnabimus. R°. dicendũ q dolere d aliquo ẽ dupliciter Aut ita q dolens voluntate rationis absoluta velit contrarium eius de quo dolet. et sic nulli licuit dolere d passione christi. Et petrus qz voluntate rationis contrarium volebat est redargut⁹ Alio modo dolere de aliquo est ferri ad contrarium voluntate pietatis. tamẽ nihilominus hoc velle voluntate absoluta. sic bonum est cõdolere christo τ pie affici circa eum. et sic afficiũtur viri sancti. qui magnas gratias agũt deo d passiõe christi. sed tamen mouent̃ in cõsideratiõe dolorũ sic τ benignissima virgo maria in filij sui mota est passiõe.

R°. q dissimiliter iudicanduz ẽ de passiõe xp̃i et sanctorum.

Q passiones sctõrũ possumus velle τ nolle τ vtrũq bona volũtate.

Phil. j.

Act. xxj.

Ad intelligentiam p̃sentis distinctionis queritur de conformitate volũtatis nostre ad volũtatẽ dei. Et circa hoc p̃ncipaliter duo querunt̃ Primo querit̃ de ipsa conformitate quantũ ad quidditatem. Secundo queritur de ipsa q̃ztum ad tentionez Circa primũ articulum duo queruntur. Primo vtruz possibile sit voluntatem nostrã conformari voluntati diuine. Secũdo vtrũ conformitas voluntatis nostre ad diuinam faciat voluntatẽ nostrã iustam.

Questio I a

Qd non sit possibile nostram voluntatez conformari diuine. ostenditur sic. Esaie. lv. Sicut exaltãtur celi a terra. ita exaltate sunt vie mee a vijs vestris. et cogitationes mee a cogitationibus vestris. sed sicut est in vijs et cogitationibus. sic et in voluntatibus. ergo si celum τ terra nõ habẽt cõformitatẽ. imo deformitatẽ. videt̃ similiter q nec volũtas nr̃a τ voluntas diuĩa. Si dicas q auctas intelligit̃ τ loquit̃

de malis. Contra. super illud ps. Exultate iusti. glosa
q̄ntum distat deus ab homine. tantū distat volūtas dei
a volūtate hominis. ergo ⁊c. ¶ Item infinite distanti
um nulla est cōformitas. sed deus ⁊ homo distant ī in/
finitum. cū vnū sit finitū. ⁊ aliud sit infinitū. ergo nul
la est cōformitas voluntatū. ¶ Itē si voluntas nostra
conformat̄ diuine. aut ergo vel in seipsa. vel in tertio.
Si in tertio. ergo diuina voluntas ⁊ humana conue/
niunt in aliquo cōmuni. ⁊ si hoc. ergo habent aliquid
simplici⁹ se. qđ est incōueniens. maxime in diuina vo
luntate. restat ğ ꝙ si est cōformis. ꝙ seipsa conformet̄.
ergo volūtas est ipsa cōformitas. sed cōformitas ñ po
test esse difformitas. ergo volūtas nostra non pōt dis/
cordare a diuina. qđ est manifeste falsum. ¶ Itē si vo
luntas nostra est cōformis diuine. aut hoc cōuenit es/
sentialiter. aut ꝑ participatōnē. Si essentialiter. redit
idem qđ prius. Si ꝑ participationē. quero de illo ꝑ cui⁹
participationē volūtas est cōformis. vtrū sit ꝯforme
vel non. Si nō. nō potest cōformare. Si sic. tūc aut es/
sentialiter. aut ꝑticipatiue. ergo vel erit abire ī infini/
tū. vel stare in aliq̄ creato qđ sit ꝯformare deo ꝑ essen/
tiam. vel volūtas cōformat̄ deo ꝑ increatū. sed non est
abire in infinitū. nec est ponere ꝙ deus sit cōformitas
voluntatis humane. ad deū ergo aliquod creatū essen
tialiter est cōforme. sed qđ essentialiter est ꝯforme ali/
cui. essentialiter cōuenit cū illo. Et qđ essentialiter cō/
uenit cū illo. ē eiusdē essentie. ğ ⁊c. ¶ Cōtra. j. Cor. vj.
Qui adheret deo vnus spūs est. sed nō est vnus spūs
ꝑ vnitatē nature. ergo est vnus ꝑ cōformitatē volūta/
tis. ¶ Item Math. xij. Omis qui facit voluntatē pa
tris mei qui est in celis. ille meus frater ⁊ soror ⁊c. sed
non est verū ꝙ sit frater ꝑ ꝓpinquitatē sanguinis. ergo
est frater ꝑ conformitatē voluntatis ⁊ dilectiōis. ¶ Itē
quascūqꝫ voluntates cōtingit velle idem. ⁊ velle oppo
sita. cōtingit cōformari et difformari. siue contrariari.
sed volūtas diuina ⁊ humana sunt huiusmodi. hoc pa
tet. ergo ⁊c. ¶ Item quascūqꝫ voluntates cōtingit ad
inuicē ordinari ꝑ ꝑfectā possidentiā ⁊ obedientiā. con
tingit ad inuicē cōformari. sed voluntatē hūanā cōtin
git diuine ꝑ omīa subiacere ⁊ obedire. ergo ⁊c. ¶ R°.
7 dōm ꝙ aliqđ cōformare alicui cōtingit dupliciť. Aut
q̄ntum ad similitudinē. aut q̄ntū ad habitudinē. Quan
tum ad similitudinē cōtingit dupliciter. Aut quando
aliqua duo participāt tertiū in q̄ assimilant̄. vt agn⁹ ⁊
nix albedine. Aut cū aliqua duo sic se habent ꝙ vnum
est similitudo alteri⁹. vt species coloris siue idolū. co/
lori assimilat̄ siue ꝯformat̄. Aut qñ aliquid participat
similitudinē. vt speculū vel ocul⁹ assimilat̄ vel confor
mat̄ corpi obiecto. Primo modo nō ē possibile aliquā
creaturā deo cōformari. Secūdo modo aliqua creatu/
ra cōformat̄ vtputa gratia q̄ dicit̄ similitudo dei vl' glo
ria que est deiformitas. Tertio modo assimilat̄ ⁊ cōfor
mat̄ anima que habet grām ⁊ gloriā. de hac ꝯformitate
nihil ad p̄sens. Alio modo cōtingit cōformari aliquid
alicui ſm similē habitudinē siue cōparationē. que pōt
dici ꝓportio cū est rerū eiusdē generis. ⁊ proportionali
tas cū est rerū diuersorū generū siue nō cōmunicantiū vt
fiat vis in verbo. Large tñ loquendo vtraqꝫ pōt dici
ꝓportio. ⁊ hec nihil ponit cōmune. q2 est ꝑ cōparatiōez
duorū ad duo. ⁊ potest esse īter summe distantia. ⁊ ſm
hanc potest volūtas nostra cōformari diuine. videli/
cet ꝑ similē habitudinē ad actuz. vt sicut deus qđ vult.
vult liberaliter ⁊ charitatiue. ita ⁊ homo. ⁊ ꝑ similē cō/
paratione ad obiectū. vt qđ vult de⁹ velit homo. ⁊ eo/
dem fine quo vult de⁹. velit homo. h̄ totū possibile ē eē.

⁊ totū possibile est nō esse. ⁊ ideo possibile est volunta/
tem nostrā diuine cōformari ⁊ difformari. Et ꝯceden
de sunt ratiōes ad hoc. ¶ Ad illud ğ quod obijcitur. ꝙ 8
distat deus ab hoīe. ⁊ humana volūtas a diuina in in/
finitum. iā patet respōsio. q2 hoc nō impedit ꝯformita
tem cōparatiōis. Licet impediat ꝯformitatē equalita
tis ⁊ vniuocatiōis ¶ Ad illud qđ obijcit̄ vtrū in seipa 9
vel in tertio cōformet̄. dōm ꝙ nō in seipsa nisi loq̄mur
de conformitate longinqua q̄ attendit̄ in imagine. Si
autē loquamur de cōformitate ꝓpinqua q̄ ꝯsistit in sili
tudine. sic nō seipsa ꝯformat̄. sed mediāte gratia. q̄ nō
est tanq̄ꝫ tertiū ab vtroqꝫ ꝑticipatū. ſ3 etiā sicut simili/
tudo vni⁹. ⁊ ꝓprietas alteri⁹. Vñ grā est silitudo essen/
tialiter. nō tñ oportet ꝙ essentialiter ꝯueniat in tertio
q2 silitudo seipsa ꝯuenit cū eo cui⁹ est silitudo. ⁊ sic pa/
tent obiecta ambo. Silr̄ cū loq̄mur de ꝯformitate q̄ntū
ad habitudinē. dicem⁹. ꝙ volūtas in seipa ꝯformatur
sed ꝑ cōparationē ad alterū. qđ tñ neqꝫ est de essentia di
uine volūtatis nec humane. nec tāq̄ꝫ tertiū ꝑticipatuz
ab vtroqꝫ. ⁊ sic patet illud. ¶ Ad illđ qđ vltimo q̄rit̄. 10
vtrū ꝯformet̄ ꝑ essentiā aut ꝑ ꝑticipationē. dōm ꝙ nec
sic. nec sic. ſ3 ꝯformat̄ ꝑ ꝓportionē siue ꝑ ꝯsimilē habitu
dinem. ⁊ sic patet illud.

¶ Questio II b

Vtrū ꝯformitas volūtatis nostre ad diuinā faciat eaz
iustā. Et ꝙ sic. videt̄. q2 suꝑ illud ps. Rectos decet col
laudatio. glo. Recti sunt q̄ dirigūt cor suū ſm volūta
tem dei. q̄ recta est. ¶ Itē. ij. Cor. vj. Que ꝑticipatio
iusticie cū iniq̄tate? aut q̄ societas lucis ad tenebras?
q. d. nulla. si ğ diuina volūtas iusticia est ⁊ lux. ⁊ hūa/
na volūtas sit iniqua. nō pōt esse ꝯformis. ğ si est ꝯfor
mis. necesse est esse iustā. ¶ Itē ꝯformari regule iusti/
cie nihil aliud est q̄ꝫ iustificari. ſ3 volūtas diuina ē re/
gula iusticie. q2 nō pōt obliquari ad aliqđ iniquū. ğ cō
formari volūtati diuīe est iustificari. ¶ Itē intellect⁹
noster non pōt ꝯformari diuino q̄n efficiat̄ ver⁹. ğ nec
affectus nr̄ potest ꝯformari diuino q̄n efficiat̄ iust⁹. sic
eñi veritas est rectitudo intellect⁹. sic iusticia est recti/
tudo affect⁹. ¶ Cōtra. mgr̄ dicit. ⁊ est v̄bū Aug. ꝙ vo
luntas dei bona ꝑ hoīm malas voluntates implet̄. sed
vn⁹ effect⁹ nō ꝓcedit ab vna causa ꝑ aliā nisi ille cause
ad inuicē ꝯforment̄. ğ cōtingit malā voluntatē diuine
ꝯformari. ¶ Itē ꝯformitas volūtatū ꝯsistit in volēdo
⁊ nolendo idē. ſ3 impi⁹ potest velle ⁊ nolle. qđ de⁹ vult
⁊ nō vult. vt ponit exemplū Aug. de prauo filio q̄ pa
trem vult mori. qđ ⁊ de⁹ vult. ğ ꝯformitas nō facit vo
luntatem iustā ¶ Itē q̄uis volūtas dei sit beata. tamē
volūtas illi cōformis nō ꝓpter hoc est beata. ğ pari ra/
tione q̄uis sit iusta. nō ꝓpter hoc volūtas cōformis est
iusta. ¶ Itē si cōformitas facit voluntatē iustā. cū ve/
lit hominē qui patit̄ iniuriā vindicare. si ille qui patit̄
iniuriam vult se vindicare. iuste vult. ergo iustū est ex
igere vindictā Si tu dicas ꝙ deus vult hominē vindi
care. sed nō vult ꝙ homo vindicet se. hoc nō soluit. q2
saltē tunc liceret homini appetere ꝙ deus ipm vindica
ret. ¶ R°. dicendū ꝙ cōformitas volūtatis nostre ad
diuinam attendit̄ ſm proportionē sicut dictū est. Du/ 11
plex est aūt ꝓportio volūtatis. s. ad actū. ⁊ ad volitum.
Similis proportio ad actū ꝯsistit in h̄. ꝙ sicut de⁹ qđ
vult. vult ex charitate ⁊ liberalit̄ siue iuste ⁊ recto fine
sic ⁊ hō velit. Similis proportio ad volituz est. vt qđ
vult de⁹. etiā homo velit. Potest ğ ꝯformitas attendi
ſm hanc duplicē similitudinē ⁊ cōparationez. ⁊ sic est
sufficiēs ⁊ facit voluntatē iustā. Potest iterū attēdi so/
lum ſm alterā. vtputa ſm volitum. et sic est deficiens.

cum careat simili habitudine. ⁊ hoc nõ sufficit ad iusti
ciam. De prima cõformitate ꝓcedunt prime rationes.
12 de secũda secũde. ¶ Ad illud quod tertio obijcit̃ ꝙ con
formitas nõ facit beatã animã. ergo nec iustam. dõm.
ꝙ beatitudo dicit iusticiã ↄsummatã. Vñ plus requi
ritur ad h' vt volũtas fiat beata. q̃ȝ vt fiat iusta. et ideo
nõ sequit̃. ꝙ si nõ facit beatã. ꝙ nõ faciat iustã. tñ sicut
cõformitas sufficiens que est in volito ⁊ ratione volẽ
di facit voluntatẽ iustã. sic cõformitas superexcellens
facit eã beatã. illa aũt est superexcellens qñ in omnib'
diuine cõformat̃. ⁊ ex nulla parte est difformis. nec in
13 aliquo saltẽ in modico. ¶ Ad illud qd' obijcit̃ vltimo
iam patet respõsio. quia appetens vindictã non ↄfor
mat se deo in modo siue i ratõe volendi. deus em̃ tanq̃ȝ
iustus iudex vult hoc zelo iusticie. qui autẽ appetit vl
tionem sui siue sue iiurie vt plurimũ vult libidine vin
dicte. si autẽ aliquis appetat solum zelo iusticie sic de
us ⁊ ex charitate. tũc dicerẽ eum habere voluntatẽ iu
stam.

Consequẽter quantũ ad secundũ articulũ que
ritur de tentiõe ad conformitatẽ voluntatis di
uine. Et circa hoc duo querunt̃. Primo queri
tur vtrũ teneamur cõformare voluntatẽ nostrã volun
tati diuine in ratiõe volendi. vt velimus ex charitate
quod volumus. Secundo vtrũ teneamur cõformare
in volito.

¶ Questio I c

Vt teneamur in ratione volendi videt̃. quia tenemur
qd' facim' facere iuste. Unde Deut. xvj. Iuste qd' iu
stum est exequeris. sed nõ fit iuste nisi qd' homo fac̃ ꝑm
conformitatẽ volũtatis quantũ ad rationẽ volẽdi vt
velit ex charitate. ergo ⁊c. ¶ Itẽ tenemur diligere deũ
ex toto corde. quia hoc p̃cipit Deut. vj. ⁊ domin' idez
iterat Math. xxij. sed hoc nõ potest fieri nisi ex chari
tate. g̃ tenemur ad cõformitatẽ in ratiõe siue in forma
volendi. ¶ Itẽ tenemur deo veraciter obedire. sȝ vera
citer nõ obedit deo nisi qui facit ea volũtate quã acce
ptat de'. Hec ãt est volũtas informata charitate. g̃ ⁊c.
¶ Item ꝓpter quod vnũquodq̃ȝ ⁊ illud magis. sed ꝓ
pter cõformitatẽ volũtatis ratione volẽdi obligamur
ad cõformitatẽ volũtatis in volito. quia finis p̃cepti
est charitas. vt dicit apostol'. j. Thimo. j. ergo mul
to fortius obligamur ad cõformitatẽ in ratiõe volẽdi.
vt qd' volumus velim' ex charitate. ¶ Contra. deus
vult ⁊ p̃cipit parẽtes honorari. esto ꝙ oportunitas se
offerat ꝙ aliquis honoret patrẽ ex naturali pietate nõ
ex charitate. cõstat ꝙ nõ peccat. ⁊ nõ cõformat volũta
tem suã nisi in volito. ergo nõ tenet̃ ad rationẽ volẽdi
¶ Item si tenemur cõformare voluntatẽ nostrã diuĩe
in ratione volẽdi sicut in volito. g̃ quotiensc̃ũq̃ȝ volu
mus aliquid ñ ex charitate. deficit illõ ad qd' tenemur.
ergo peccam' in om̃i actu. nullus ergo actus est indif
ferens. ¶ Item si tenemur cõformare in ratione volẽ
di. cũ ergo peccator habeat volũtatẽ a deo cõtinue in h'
deficientẽ. quia nõ habet charitatẽ. ergo cõtinue in om
ni instãti peccat. ¶ Item nullus potest cõformare vo
luntatẽ suã diuine in ratione volendi nisi habeat cha
ritatem. sed nõ est in nostra potestate habere charitatẽ
ergo homo tenet̃ ad impossibile. Si dicas ꝙ potest fa
cere. quo facto habebit charitatẽ. quia potest se dispo
nere ad charitatẽ. Obijcit̃ de obstinato ⁊ de eo q̃ actu
aliter est in peccato. dũ peccat. ⁊ est in actu illo. nõ po
test se cõformare. ergo nõ tenet̃. ꝙ si nõ tenet̃. ⁊ alij tenẽ
tur. reportat cõmodum de malicia. ꝙ si hoc nõ est ↄue
14 niens. nulli ergo tenentur. ¶ R°. dicendũ. ꝙ tenemur

conformare voluntatẽ nostrã voluntati diuine in ra
tione volendi. vt scȝ velimus ex charitate. et hoc patȝ
quia tenemur eũ diligere ex charitate. ¶ Attendendũ
aũt ꝙ hec est obligatio ꝑ modũ p̃cepti affirmatiui. Dif 15
fert enim obligatio p̃cepti affirmatiui ⁊ negatiui. nam
negatiui obligat semꝑ ⁊ ad semꝑ. affirmatiui autez tm̃
obligat semꝑ nõ ad semꝑ. sed ꝓ loco ⁊ tempꝫ. ⁊ sicut nõ
obligat ad semꝑ. ita nec ad omnẽ actũ voluntatis. nec
ad om̃e p̃ceptũ. sed tũc solũ quãdo tenemur exire ĩ actũ
charitatis. Unde notandũ ꝙ sic tenemur ad hoc ꝙ nũ
q̃ȝ ad contrariũ. sicut velle qd' deus vult ex liberalitate
Ad hoc etiã tenemur ꝓ loco ⁊ tempꝫ. si habemus cha
ritatem. si aũt nõ habemus nõ ad hoc tenemur. sed ad
equiualens. quia tenemur facere qd' in nobis est vt ha
beamus. ⁊ ad hoc similiter ꝓ loco ⁊ tempꝫ obligamur.
Ex his patet respõsio ad obiecta. ¶ Qd' em̃ obijcitur 16
ꝙ aliquis sine pctõ honorat parẽtes etiã ex naturali
pietate. dicendũ ꝙ verꝫ est. ⁊ ex hoc sequit̃ ꝙ nõ in om̃i
actu tenet̃ cõformare. nõ tamen sequit̃ ꝙ non teneatur
⁊ ꝑ hoc patet sequẽs quod obijcit̃ de generalitate actu
um. Patet etiã aliud qd' obijcit̃ de generalitate tempꝫis
¶ Ad illud qd' vltimo obijcit̃. ꝙ non ẽ in potestate no 17
stra habere charitatẽ. dicendũ ꝙ in potestate habenti
um charitatẽ est. ⁊ in potestate nõ habentiũ nõ propi
qua sed dispositiua. Potest em̃ quilibet facere. quo fa
cto habeat charitatẽ. ⁊ ideo si nõ facit imputatur sibi.
nec excusatur ꝑ impossibilitatẽ. quia nõ est impossibi
litas vbi succurrit aliunde potestas. ⁊ nõ deficit nisi ꝓ
pter nostrã negligentiã. ¶ Ad illud qd' obijcit̃ de obsti
nato. dicendũ ꝙ nullus est adeo obstinatus ꝙ nõ pos
sit facere qd' in se est. ⁊ qui nõ possit redire ad cor. et iõ
tenetur sicut ⁊ alij. licet nõ pro quolibet instanti. sed ꝓ
loco ⁊ tempꝫ. Si autẽ tu queras. quid sit locus ⁊ tem
pus. melius docet vnctio q̃ȝ ars. tamen quando domi
nus visitat eum interiori allocutione. vel exteriori p̃
dicatione. vel aliquo tali in quo est oportunitas rede
undi ad cor. si tunc negligat. incidit in cõtemptũ ⁊ ob
missionis peccatũ.

¶ Questio II d

Utrũ teneamur cõformare voluntatẽ nostrã volunta
ti diuine in volito. ⁊ ꝙ sic videt̃. Math. xij. Qui non
est mecũ. cõtra me est. ergo si nõ cõsonat deo in volito.
est cõtra deũ. g̃ si tenemur deo nõ esse cõtrarij. tenemur
velle qd' deus vult. ¶ Item suꝑ illud p̃s. Non adhesit
mihi cor prauũ. glo. prauũ cor atq̃ȝ distortũ habet q̃ nõ
vult hoc quod deus vult. sed tenemur vitare cordis p̃
uitatem. ergo tenemur velle qd' deus vult. ¶ Itẽ Tu
lius diffiniens amicitiã dicit ꝙ amicitia est idez velle
⁊ idem nolle in reb' honestis. sed tenemur deo seruare
amicitiam. ergo ⁊ idẽ velle. ergo idẽ velle in honestis.
sed deus nõ vult nisi iustũ ⁊ honestum. ergo debem' no
stram voluntatẽ sue cõformare in omnib'. ¶ Itẽ om
nis intellectus q̃ discordat a prima voluntate siue co
gnitione in cognito. est falsus. ergo om̃is effectus est
iniquus qui nõ concordat cũ diuina voluntate in vo
lito. ergo ⁊c. ¶ Item tenemur velle quod deus p̃cepit
aut ergo quia p̃cepit. aut quia vult. Non quia p̃cepit
quia illi qui sunt mundati quibus datũ est preceptum
a domino de tacendo. nõ peccauerũt in reuelãdo. quia
diuina inspiratione cognouerũt dominuȝ deũ nõ velle
illud qd' p̃cipiebat. g̃ tenemur velle qd' deus vult. ¶ Itẽ
tenemur credere nõ tm̃ qd' p̃cipit deus credere. sed etiã
om̃e qd' dicit esse verꝫ. ergo a simili tenemur velle non
tm̃ qd' p̃cipit deus velle. sȝ om̃e qd' indicat se velle tanq̃ȝ
bonum. g̃ tenemur velle omne quod scim' deum velle.

¶Contra. Augꝰ. in ench. aliqñ homo bona volũtate
vult qđ nõ vult deus. ¶Itẽ viri sancti frequẽter volũt
opposita. sicut apostolꝰ volebat alligari in hierusalẽ. ⁊
discipuli nolebãt Act. xxj. sed cõstat ꝙ deus aliquod
illoꝝ volebat. ergo licet contrariũ diuine volũtati vel
le meritorie. ꝙ ⁊c. ¶Itẽ si tenemur in volito cõforma
re. ꝙ cũ indifferẽtibꝫ nõ sit nobis volũtas diuina deter
minata. quicũqꝫ vult aliqđ indifferẽs determinate. cõ
mittit se discrimini. ꝙ peccat mortaliter. qđ absurduꝫ
est. Si dicas ꝙ tenet qñ scit dñi voluntatẽ. ¶Cõtra.
scia nõ inducit nouũ peccatũ neqꝫ tentionẽ. sed solum
aggrauat peccatũ. ꝙ ꝓpter scientiã nemo teuet. sic nec
ignorans. ¶Itẽ Hieremias dolebat suꝑ destructionẽ
hierusalẽ in trenis. Christꝰ flebat suꝑ hierusalẽ Luc.
xix. Beata virgo ⁊ apl̃i suꝑ passionẽ xp̃i. Si flebant et
dolebãt. ⁊ dolor est de rebꝫ que nobis nolẽtibꝫ accidunt
ergo nolebãt. ⁊ ꝯstat ꝙ omẽs hi merebant. ⁊ sciebant
deũ velle ꝯtrariũ. ꝙ licite ⁊ meritorie possumꝰ velle con
trariũ diuine volũtatis. etiã vbi scit. ¶Itẽ q̃tũcunqꝫ
p̃latus meꝰ velit aliq̃d. nõ teneor illud velle nisi mihi p̃
cipiat. etiã si sciã ipm̃ velle. ꝙ pari ratiõe q̃tumcunqꝫ
velit deus aliq̃d. nõ teneor illud velle q̃tumcũqꝫ mihi
innotescat nisi deus mihi p̃cipiat. ¶Itẽ qđ deus cõsu
lit vult ⁊ nos scimus euꝫ velle. tñ non tenemur velle.
q̃uis multũ sibi placeat. etiã plꝰ q̃ p̃ceptũ. ꝙ nõ tene
18 mur velle om̃e qđ scimus deũ velle. ¶Re. ad h̃ dicunt
aliqui ꝙ nõ tenemur ꝯformare voluntatẽ nostram vo
luntati diuine in om̃i qđ vult deꝰ. sꝫ hoc est ꝑfectionis
⁊ superogatiõis. ⁊ h̃ erit in patria. sꝫ ad h̃ solum tene
mur qđ ip̃e nos vult velle. Dicũt aũt ꝙ deus solũ vult
velle qđ p̃cipit. ⁊ nolle qđ ꝓhibet. hec em̃ sunt signa ꝑ
que sufficiẽter indicat nobis suã voluntatẽ q̃ vult nos
velle aliquid. in aliis volitis siue innotescãt siue non.
licet velle ꝯtrariũ sine peccato. ⁊ ꝑ hoc soluũt ad vtrã
qꝫ ꝑtẽ. Vñ dicũt ꝙ licet nobꝫ aliqua velle ꝓprie. q: non
decet velle opposita. vt patet de destructiõe gẽtis nr̃e. ⁊
de calamitatibꝫ iustoꝝ ⁊ ꝯsimiliũ. etiã si deus pluat vl'
disponat pluere. oppositũ possum petere ⁊ velle. Sed
licet ista via sit facilior. tñ q: Augꝰ. dicit ꝙ impius est
cui nõ placet diuina ꝓuidentia. nõ tm̃ videt ꝙ homo
teneat velle dei mãdata. sꝫ etiã ꝙ teneat velle dei opera
Et iteꝝ. quõ nõ recalcitrat volũtas nr̃a volũtati diui
ne. qñ deus vult aliq̃d. ⁊ nos volumꝰ ꝯtrariũ. omnino
videt ei repugnare. Et iteꝝ. glosa p̃dicta videt dicere
ꝙ homo q̃ nõ vult qđ deꝰ vult. hꝫ cor prauũ. nõ dic qđ
19 deꝰ vult ipm̃ velle vel qđ deꝰ p̃cipit. ¶Preterea aliter
dicendũ ꝙ reuera nõ tenemur velle om̃e qđ deus vult.
20 sꝫ solũ qđ vult ⁊ innotescit. nec adhuc illud om̃e. ¶Jõ
notandũ ꝙ aliud oñdit deꝰ velle absolute. ⁊ q̃tum ĩ se
est. vt bona q̃ facit. ⁊ hec tenemur velle simpl'r ⁊ abso
luta volũtate q̃tũ in nobꝫ est. Aliq̃d oñdit se velle vo
luntate absoluta. sꝫ oppositũ velle q̃tũ in se est. vt ma
la que infligit. ⁊ hec tenemur velle volũtate absoluta
⁊ deliberatiua. tñ oppositũ possumꝰ velle volũtate pie
tatis. vt dicit Hugo. Vñ sicut deꝰ nõ delectat in nr̃is
21 penis. sꝫ magis dicit heu heu ꝯsolabor suꝑ hostibꝫ me
is. Esa. j. sic ⁊ nos. ¶Vñ Hugo distinguit in nobꝫ tri
22 plicẽ voluntatẽ. s. rõnis. pietatis ⁊ carnis. ¶Et ĩ xp̃o
quadruplicẽ. extendẽs nomẽ volũtatis. Vñ dicit ĩ li
bro de volũtatibꝫ xp̃i loquẽs de xp̃o. Volũtas deitatis
ꝑ iusticiã sniam dictabat. volũtas rõnis ꝑ obedientiã
veritatẽ approbabat. Volũtas pietatis ꝑ cõpassioneꝫ
in malo suspirabat. Voluntas carnis ꝑ passionem in
malo ꝓprio murmurabat. Et ideo volũtate ratiõis de
bemus velle etiã malũ pene qđ scimus deũ velle. sꝫ vo
luntate pietatꝭ possumus cõditionaliter siue q̃tuꝫ est
in nobis (si deo placet) nõ velle. nã ⁊ ip̃e deꝰ q̃tum ĩ se
est nõ vult. sicut p̃dictũ est. Aliq̃d em̃ oñdit se deꝰ vel
le q̃tũ in se est circa qđ cõsistit substãtialiter ordo salu
tis. vt sunt ea q̃ p̃cipit fieri. ⁊ q̃ p̃cipit nõ fieri. ⁊ hec te
nemur velle. Aliquid oñdit deꝰ se velle q̃tũ in se ẽ cir
ca qđ ꝯsistit expeditio salutis. vt sunt ea que consulit
⁊ ad talia non obligat nec vult obligare. vult em̃ aliq̃s
saluare sic. aliquos via latiori ire. Ex his ergo patꝫ. ꝙ
tenemur generalit' velle ⁊ cõformare voluntatẽ nr̃am.
nõ in om̃i volito. sꝫ in om̃i eo qđ innotescit q̃ttuor mo
dis p̃dictis. alioq̃n frangeret amicitia. ⁊ de tali volito
currũt ratiões ⁊ autoritates. Ideo em̃ p̃cepto diuino
tenemur nos ꝯformare. q: vult nos velle qđ p̃cipit. et
hoc scimus. ⁊ p̃lato meo teneor ꝯformari in hoc qđ ex
presse scio ipm̃ velle me velle. sed in p̃lato nescio nisi ꝑ
mãdata. sed in deo scio ꝑ alia signa sicut predictum est
¶Ad illud qđ obiicit ꝙ in nullo p̃ot discordare intel 23
lectus q̃n sit falsus ⁊c. dicendũ ꝙ nõ est simile de bono
⁊ vero. nã verũ dicit absolute. bonũ vero in relatione
ad finem. ⁊ q: duo opposita nõ sunt simul. ideo nõ p̃nt
intellectꝰ discordãtes esse veri. sed bonũ đr in relatiõe
ad finẽ. ⁊ q̃m opposita volita possunt ad eundẽ finẽ or
dinari. ideo simul p̃nt esse bona. ⁊ affectꝰ respectu eoꝝ
esse recti. iõ nõ necesse est in om̃i volito ꝯformari. quia
oppositũ possumꝰ sancte velle. q: ordinare in finem. sꝫ
oppositũ eiꝰ qđ deus vult nõ velle. nõ possumus ordi
nare in finẽ. q: deus nõ acceptat illud. ¶Ad illud qđ 24
obiicitur ad ꝯtrariũ ꝙ nõ tenemur ad omne volitũ. di
cendũ ꝙ veꝝ est. q: nec ad volitũ quia volitũ. nec quia
scitũ. sꝫ q: scitũ esse volitũ a deo. ita ꝙ nos velimꝰ illud
Aliter tñ potest dici ꝙ tenemur. q: absolute volitum.
sed excusamur ꝑ ignorantiã. maxime vbi adhibet debi
ta diligẽtia. sicut aliquis obligat ne cognoscat nõ suã.
Unde de obligatiõe inducẽte culpã falsum est. qđ dic
ꝙ scia nõ inducit nouã obligationẽ. sicut em̃ ignoran
tia facti excusat a toto. ita scia ꝑ oppositũ. cum diuina
volũtas facit aliquẽ esse obligatũ vt nullo modo pos
sit in cõtrariũ sine culpa. ⁊ sic in ꝓposito. ⁊ sic ptꝫ illud
¶Ad illud qđ obiicit de xp̃o ⁊ beata virgine ⁊ aliis cõ 25
patientibꝫ. dicendũ sicut dictũ est. ꝙ volũtate absolu
ta nolebãt qđ deꝰ nolebat. tñ volũtate ꝯditionata siue
volũtate pietatis debebãt velle ꝯtrariũ. ⁊ hac volũta
te merebant. q̃m h̃ nõ est nature tm̃ sꝫ etiã ratõis. Pre
cipue aũt hac volũtate merebat in xp̃i filii passione be
atissima mater ⁊ virgo maria. cui patiẽti (q̃tum sexus
muliebris fragilitas sustinere poterat) cõpatiebatur.
Nullo tñ modo est dubitandũ. q̃n virilis eiꝰ animus
⁊ ratio ꝯstantissima. vellet etiã tradere filiũ suũ ꝓ salu
te generis humani. vt mater ꝑ om̃ia ꝯformis esset pa
tri. Et in h̃ miro modo debet laudari ⁊ amari. ꝙ placu
it ei ꝙ vnigenitꝰ suus ꝓ salute generis humani offerre
tur. Et tm̃ etiã cõpassa est. vt (si fieri potuisset) om̃ia
tormẽta que filiꝰ ꝑtulit. ipsa multo libentiꝰ sustinuisset
Vere ergo fuit fortis. ⁊ pia. dulcis pariter ⁊ seuera. si
bi parca. ⁊ nobis largissima. Hec ꝙ p̃cipue est aman
da ⁊ venerãda post trinitatẽ summã ⁊ eius ꝓlem bea
tissimã dñm nostrũ Jesum xp̃m. a cuiꝰ diuinitatꝭ my
sterio enarrando cetere lingue deficiũt. quia ꝯsumma
tio sermonũ ip̃e est. Ei ergo q̃ potest om̃ia facere suꝑ
abundantiꝰ q̃ petimꝰ aut intelligimꝰ ſm̃ ꝟtutem que
operat in nobis. ipsi gloria in eccl̃ia ⁊ in xp̃o iesu ĩ om
nes generatiões seculi seculoꝝ Amen.

Ordo questionuz diui Bonauenture in primū librū sententiarꝫ.

Prologus.

Rubrice in textū primi libri sniaꝝ ẜm distinctōeꝫ Bonauēture

Ponit varios modos cognoscendi creaturā p̄ creatorem·b·
Dicit illos p̄dictos modos cognoscendi deū in autoritate apostoli implicari·c
Ostendit p̄ p̄dictos modos p̄bari essentie vnitatem nō trinitatem·d·
Ostendit p̄ sīlitudinem longinquā trinitatem p̄ ratōez vestigij in creatura·e·
Ostendit q̄d respōdeat vestigio in creatore·f
Docet ꝯtemplari in deo trinitatē p̄ cōsideratione, vestigij in creatura ⁊c̄·g·
Ostendit ꝙ cōsideratio trinitatis p̄ vestigium nō est sufficiēs sed longinquā·h
Probat p̄ sīlitudinē p̄pinquā ⁊ exp̄ssam ꝙ in parte supiori ⁊ trib⁹ potētijs anīe scʒ memoria·intelligentia·⁊ volūtate sit imago trinitatis· vl' de similitudine creātis ⁊ create trinitatis·i
Tangit imaginis cōditiōes que sunt trinitas·vnitas·equalitas·k
Dubitatio ex p̄dictis orta vtrū aīa sit sue potentie·⁊ quō illa tria dicantur vna essentia·l·
Docet cauere errorē ⁊ ꝙ in illa sīlitudine imaginis maxima est dissimilitudo·m
Alia assignatio trinitatis in anīa scʒ mens·noticia·amor·n·
In his trib⁹ scʒ mēte·noticia·amore·attēditur imago p̄p̄t cōsiderationē ordinē ⁊ eq̄litatē·o·
Quō ex imagine trinitatis create p̄ficit mens vt cognoscat increata trinitas ⁊ vnitas·p·
Epilogus de summe trinitatis vnitate·q·

DI· IIII

Querit̄ vtꝝ ꝯcedēdū sit ꝙ d̄s genuerit se aliū·a
Si de⁹ pr̄ genuit deū·Querit̄ vtrū genuit deū qui est deus pater vel qui nō est deus pater·b
Probat multis autoritatib⁹ ꝙ hec sit vera·Deus est trinitas·c·
Redit ad p̄missam questionē addens p̄me solutioni: ꝙ q̄uis nō sit ꝯcedendū genuit se vl' alium diuisim·tn̄ pōt ꝯcedi ꝯiūctim·d·

DI· V

Utrū essentia generet vel generet̄·a
Probat trib⁹ rōnibus ꝙ essentia diuina nō generatur a patre·b·
Adducit ratōnes in contrarium·c
Determinat questionē p̄positam·d·
Q̄ essentia nō generet essentiam·e·
Obijcit ꝙ eēntia generet essentiā auc̄te aug·f·
Exponit auc̄tem Aug·iam adductā·g
Adducit autoritates hylarij ꝯtra predictas expositiones in q̄b⁹ notat̄ exp̄ssior ꝯtrarietas·h·
Auc̄tes p̄dictas explanat·responsionē suā p̄ hylarij v̄ba confirmans·i·
Adducit autoritates ex q̄b⁹ p̄t elici ꝯtrarietas·k
Apit ex q̄ sensu accipiēde sint adducte auc̄tes·l
Elicit correlariū ex p̄dictis·ꝙ nec fili⁹ nec spūs sctūs ē de nihilo sed de aliquo nō tn̄ de mā·m·
Redit ad p̄positū ⁊ ꝯfirmat expositionē suā autoritate Aug·n·

DI· VI

Utrū potētia vel virtus generandi sit p̄ducēs necessitate vel volūtate·a·
Rn̄det ad questionē p̄positā ꝯtra hereticū arguendo·b
Oppositio ꝯtra rn̄sionē iā dictā·c·
Redit ad explanationē p̄me solutiōis·vicʒ q̄lit̄ intelligēda sint illa verba pater nec nolēs nec volēs de⁹ ē·nec volēs nec nolēs genuit filiū·d

DI· VII

Utrū posse ⁊ velle generare similiter compet̄ ad p̄sonā patris ⁊ filij·a
Obiectio ꝯtra responsionē iam dictam autoritate Augu·b
Obiectio p̄ auc̄tem p̄dictam cōtra rationē·c
Re·auc̄tem p̄dictam exponens·d·
Utꝝ pr̄ natura sit potēs gignere filiū·⁊ an hoc sit aliqua potentia q̄ nō sit in filio·e
Quō sit intelligendū filius habet vel nō hʒ potentiam generandi·f

DI· VIII

Attribuit deo p̄prietatem veritatis·a·
Remouet dubiū ortum ex p̄dictis·b·
De incōmutabilitate essentie diuīe ⁊ p̄bat autoritate Aug·c
Confirmat q̄d iā dixit auc̄te apl'i·d·
De simplicitate essentie diuine que sola p̄prie est simplex·e
Q̄ simplex esse nō ꝯuenit nature corpali.f·
Q̄ simplex eē nō ꝯuenit nature sp̄uali·g·
Q̄ diuina essentia vere est simplex cū tn̄ multiplex dicatur·h
Tanta est dei simplicitas ꝙ nulli p̄dicamentoꝝ subijcitur·
Noīa p̄dicamentoꝝ in diuinis non p̄nt dici·⁊ ꝙ deus nō p̄prie sed abusiue dicit̄ subā·k·
Q̄d diuina eēntia sūme ē simplex·q̄r tāta est ibi simplicitas·ꝙ nulla sit rerū diuersitas·l·
Q̄ cū hac simplicitate stat p̄sonaꝝ p̄lalitas·m·
Epilogus quo ostendit̄ ꝙ in diuina eēntia ē triplex p̄prietas·n·

DI· IX

Q̄d generans ⁊ genitus sunt p̄ generationē distincti ⁊ coeterni·a
Oppositio ꝯtra iā dicta p̄ argumentatōez hereticorum arrianorū·b
Re·Augusti·⁊ ambro·ad arrianā argumentationem·c
Re·Ambro·qua cōpescit sup̄fluā inq̄sitionē hereticoꝝ ⁊ etiā sup̄boꝝ catholicoꝝ·⁊ de ineffabili ⁊ nō intelligibili generatiōis modo·d
Utrū generationis eternitas debeat exp̄mi p̄

Utrū spūssctūs sit donū in q̃ alia dona donãt·a

Utrū eadem ratõe spūssctūs dicatur donuȝ et datum siue donatum·b·

Obiectõ ꝯtra h̃ ꝙ spūssctūs sit donū eternalr·c

Dubitatio ex verbis·§·primi supra orta vicȝ ꝙ filius nõ tm̃ sit filiꝰ natiuitate ꝫ etiam ẽẽntia·a simili ⁊ spūssancti processione·d·

Redit ad pmã solutõem ostendens ꝙ spūssanctꝰ dicitur donum ⁊ donatū ẜm duos pdictos modos processionis·e:

An filius cū sit nobis datus posset dici noster vt spiritussanctus dicitur noster·f

An spūssanctus ad se relatiue dicat̃·g

DI· XIX

De equalitate triū psonaꝝ que cõsistit in eternitate·magnitudine·⁊ potestate·a·

Qđ eternitas ⁊ magnitudo et ptãs in deo sunt vnū licet ponant̃ quasi diuersa·b·

Una psona nõ ẽ maior alia·nec maius aliquid due q̃ȝ vna.nec tres vel due q̃ȝ vna·c

Probat eq̃litatẽ magnitudis p ẽẽntie vitatẽ·d

Per ẽẽntie indiuisionẽ siue vnitatẽ pbat eq̃litatẽ magnitudinis p circūincessionez·scȝ quõ dicit̃ ẽẽ deus pater in filio·⁊ filius in pr̃e·⁊ spiritussanctus in vtroq̃ȝ·⁊ singulus in singlis·e·

Cõtinuat dicta dicendis vt ostendat ꝙ magnitudine alius alium nõ supat·f·

In eq̃litate psonaꝝ nõ cadit rõ totiꝰ ⁊ ptis·g

In equalitate psonaꝝ nõ cadit rõ generis·speciei·vel indiuidui·h

In equalitate psonaꝝ nõ cadit ratio materialis pncipij·i·

Opponit autoritate Damas· ꝙ in eq̃litate psonaꝝ sit rõ generis·speciei·idiuidui·⁊ nūeri·k·

Rñdet ꝙ sane intelligi pñt que Joh· Dam̃·dic̃ et quõ ostendit·l.

In eq̃litate psonaꝝ nõ cadit rõ nūeri·⁊ quõ intelligit̃ dictū Johãnis Damasceni·m

Quibus modis aliqua dicant̃ differre nūero·⁊ ẜm quẽ modū ꝯuenit psonis·n

Qꝛ vna psona nõ ẽ maior alia·nec tres sit̃ vna·⁊ hoc ratione oñdit catholica·o·

Qꝛ deus non est dicẽdus triplex vel multiplex sed trinus·p·

Qꝛ pluralitas non est ita in rebus corporeis·vt in trinitate·q·

DI· XX

Alia psona non excedit aliam potentia·a·

Prima ratio qua probat̃ ꝙ non põt minus filius q̃ȝ pater sumpta ex autoritate domini Joh· xvj·b·

Secunda ratio ad idem pbandum ex deductione ad impossibile·c

Tertia ratio ad idem pbandum a simili in generatione creata·d·

Obiectionem heretici ponit ⁊ soluit·e

DI· XXI

Queritur quomodo posset dici·tantus est solꝰ pater·quantus pater ⁊ filius ⁊c̃·cum sint inseparabiles·a

Utrum possit dici solus pater est deus·solus filius est deus·vel solus spūssctūs est deus·vel pater est solus deus·vel filius est solus deꝰ vl̃ spiritussanctus est solus deus·b

Quomodo dicitur trinitas solus deus·cum ipa sit cū spiritibꝰ ⁊ aı̃abus sanctis·c·

DI· XXII

De nominū differentia quibus vtimur loquẽtes de deo ẜm Aug·⁊ ambro·a

Premissis addit tres nominū differentias que temporaliter deo conueniunt·et relatiue dicuntur ad creaturam·b

Reducit omnes nominū diuinorum differentias ad duas·quia quedam dicunt̃ relatiue ⁊ h̃ pertinẽt ad personas·quedã ad se ⁊ hec dicūtur de omnibus simul·c

Probat reductionem precedentem· ꝙ scilicet sicut deus magnꝰ est ea magnitudine qua deus est·sic dicendū est de bonitate et đ om̃ibus que ẜm subam dicunt̃·d

DI· XXIII

Excipit hoc nomẽ persona a generali regula q̃ est ꝙ substantiale dicitur de tribus singulariter·quia cum illud ẜm substantiaȝ dicat̃·tamẽ pluraliter non singulariter in summa accipitur·a

Autoritas ꝙ persona ad se dicatur ⁊ ẜm substãtiam·b·

Exceptionis rationem inquirit ostendens cur pater ⁊ filius ⁊ spiritussanctus non dicantur vna psona sicut vna suba ⁊ vnus deus·c

Qua necessitate dictum sit tres psone a latinis ⁊ a grecis tres hypostases vel sube·d

Quid hoc nomine tres significetur·e

Opponit ⁊ determiat quare nõ dicimꝰ tres deos esse·patrem ⁊ filiū et spm̃sanctū·vt dicimꝰ tres psonas·f·

Cur nõ dicimꝰ tres essentias vt tres psonas cū scriptura nõ ꝯtradicat·g·

Sicut nos dicimꝰ tres psonas ita greci tres substãtias quas dicūt hypostases alit̃ accipiẽtes substantiam q̃ȝ nos:h

Determiat a epilogat vt addat ꝙ ĩ trinitate nõ est diuersitas nec singularitas vel solitudo·ꝫ vnitas ⁊ trinitas ⁊ distictio ⁊ identitas·i

Qꝛ non debet dici deus multiplex·k·

DI· XXIIII

Querit ⁊ soluit generaliter quid significet̃ his nominibus vnꝰ vel vna·duo vel due·tres vel tria·trinꝰ vl̃ trinitas.pl̃es vl̃ plitas distinctio

vel distincte cũ his vtimur de deo loquẽtes·a·
Solutõem suaꝫ adaptat noib⁹ distinctꝭ·i spẽalt
determinãs quid ꝑ vnũ ⁊ plures significet·b·
Quid ꝑ ternariũ significet cũ dicit ꝑsone·c
Quid ꝑ duo cum dicit due ꝑsone·vel pater et fi
lius duo sunt·d
Ex quo sensu dicit in ꝑsonis distinctio·vel ꝑso=
ne distincte·e·
Quõ ibi accipiat discretio·f
Quõ trinus ⁊ trinitas ibi accipiat·g

DI· XXV

Mouet dubitationẽ quid significat cum dr plu=
liter tres ꝑsone vel due ꝑsone·a
Opponit autoritate aug·oñdens ꝙ ſm subaꝫ
siue essentiam dicitur alia est ꝑsona pr̃is·alia
filij siue tres ꝑsone·vt cũ dicitur·pater est ꝑso=
na·filius ẽ ꝑsona ⁊c̃·b
Opponit ꝑ rõem posse ostendi ꝙ ſm subam si=
ue essentiam dicat etiam cum pluraliter pro=
fertur·c
Soluit ſm opinionẽ alioꝝ qui putãt essentiam
significari noĩe ꝑsone cũ dicim⁹ tres ꝑsonas·d
Soluit opinionem suaꝫ distinguens ꝙ hoc no=
nomẽ ꝑsona tripliciter in trinitate accipitur·⁊
quõ accipit in plurali dictũ·e
Confirmat auc̃te aug·solutõem suam·f
Obiectioni illoꝝ hic rñdet qua nitunt ꝓbare
ꝑsonas ſm essentiã accipi·g
Quid tres res ⁊ q̃d vna res hic dicat·h·
Ostendit quõ hoc nomen ꝑsona accipit in sin=
gulari cum dicit·alia est ꝑsona patris·alia filij
alia spũssancti·i·
Quõ hec intelligant·alius est pr̃ in ꝑsona·ali⁹
filius·alius spũssanctus·k·
Autoritatib⁹ sanctoꝝ ostendit q̃ꝺ dixit·l·

DI· XXVI

Determĩat quibus assignant ꝓprietates perso
nales quia hypostasibus·a
Assignat que sint ille ꝓprietates ꝑsonaꝝ·et de
nominibus earũ relatiuis·b·
Oñdit q̃d sunt ille ꝓp̃tates·q̃ſi sunt relatiões
siue dicte ſm relatõem·non tñ ſm accidens·c·
Mouet dubitationẽ ꝯtra assignationẽ ꝓprieta
tis filij quare scꝫ dicat eẽ ꝓpriũ vnigeniti ꝙ ẽ
filius dei·cum etiam hoies sint filij dei·d·
Soluit dubitatõeꝫ autoritate Augusti·⁊ hyla·
ꝙ homo dicitur filius trinitatis: ⁊ trinitas pt̃
dici pater hominũ·e
Applicat solutõem p̃cedentem ad ꝓprietatem
spũsſcti que ẽ donũ q᷑ ꝓprietate ẽ donũ vt fili⁹
natiuitate ⁊ vtroqꝫ modo dicitur relatiue ſm
eandem relationẽ·f·
Mouet dubitationẽ ꝯtra assignatiõnem ꝓprie
tatis spũsſcti·vtrũ pr̃ vel filius vel trinitas ip=
sa possit dici spũssanctus·g
Reprobat quorũdã positõem q̃ putãt spũsſctm̃
nõ dici relatiue ad pr̃em ⁊ filiũ·q᷑ nõ vicissim
respondent sibi vocabula sed falso·b

DI· XXVII

Utrũ sint eedem ꝓprietates ab aug·⁊ hyla·assi
gnate·a·
Rñsio vbi oñdit easdẽ esse ꝓprietates·b·
Oñdit ꝙ sunt eedẽ re᷑ dr̃nt q̃tum ad modum
significandi·scilicet in cõcretione ⁊ abstracti=
one·c·
Ostendit ꝙ ꝓprietates significent in cõcretiõe
respectu hypostasum·d·
Assignat nominũ differentias ꝑ que ꝯuenit ip=
sas ꝓprietates exp̃mi·autoritatib⁹ ꝯfirmans
nomina illa esse propria·e
Regula quomodo propria discernunt a cõmu
nibus·f·
Opponit ꝯtra regulam·g·
Ex rñsione iã dicta elicit aliam regulã ꝙ tm̃ ſm
nomẽ substantie dicitur illud de illo·nõ ſm no
mina ꝑsonarum·h

DI· XXVIII

Oñdit q̃d sit significatũ hui⁹ nois ingeit⁹ i sedi
cens ꝙ sit ꝓpriũ ꝑsone pr̃is·differens a pater
nitate·⁊ dictũ ſm relatõem·a·
Quid significet ingenitus in equipolenti scilicꝫ
nõ genitus ⁊ innascibilis·b
Que sit ꝓprietas ſm quaꝫ dicitur pater ingeni
tus·c
Determĩat vsum istius nois ingenit⁹·q̃ꝺ q̃uis
non habet ortum ex scriptura·tñ licet eo vti·
q̃uis ambrosi⁹ videat dicere ꝯtrariuꝫ q᷑ hoc
fecit ad hereticoꝝ rep̃hensionem·d
Determinat dubiũ ortũ ex p̃dictis·an scꝫ diuer
sum sit esse pr̃eꝫ ⁊ eẽ filiũ·e·
Incidenter determinat de proprietate filij siue
nati ostendẽs ꝙ sapientia genita vel nata ꝓ=
prie dicitur de filio·f·
Q̃ꝺ imago aliquando dicit ſm essentiaꝫ seu es
sentialiter·g·

DI· XXIX

Distinguit multiplicem acceptõeꝫ hui⁹ nomis
p̃ncipium ſm ꝙ dr relatiue·a·
Membra distinctõis explanat oñdẽs ꝑ auc̃tes
ꝙ p̃ncipiũ habet oĩs illas acceptões·b·
De hoc nomine p̃ncipium prout dr notionalit̃
et essentialiter·ostendens q̃ꝺ pr̃ ⁊ filius sunt
vnum p̃ncipium spũssancti·d·
Q̃ꝺ pater ⁊ filius sunt vnum p̃ncipiũ spũssãcti·
vnitate notionis que est spiratio·e·

DI· XXX

Ostendit aliqua nomina dici de deo ex tp̃e po=
nens exempla·a·
Opponit contra exempla de hoc noĩe domin⁹
ꝙ nõ ex tempore sit domin⁹·quia est domin⁹

tempis q̃d nõ est ex tpe·b·
Mouet dubiũ ⁊ soluit quõ aliquid ex tpe dica-
tur de deo·c·
Soluit dubiũ quesitũ distinctiõe·xviij· ibi·post
hoc querit̃ Utrũ spũssanct⁹ ad seipm̃ refera-
tur·Et est questio vtrum spiritussanctus dica
tur datum relatiue ad se·cum ipse det se·d·

DI· XXXI

Ponit significationẽ hui⁹ nomĩs equalis·quõ
dicat̃ filius equalis patri·an ꝫm subam an ꝫm
relationem ita et similis·a·
Ponit significatõeꝫ hui⁹ noĩs similis·quõ dica
tur fili⁹ silis pr̃i·⁊ q̃d sit silitudo·b
De sententia sancti hylarij qua in trinitate ꝑso
narũ appropata ostendit·c·
Ostendit ꝙ illa que hyla·assignat non sunt ꝓ
pria sed appropriata·d·
Quare dicat̃ hyla·ꝓpa ꝑsonaꝝ assignasse i ver
bis p̃dictis·cũ ibi nõ sint exp̃sse ꝓpetates·e
Et earundẽ ꝑsonaꝝ distinctionẽ seu appropria-
tionem notat Aug·alijs verbis sine exp̃ssione
trium ꝓprietatum·f·
Appropriatõem Aug·exponit scꝫ quare pr̃i at-
tribuatur vnitas·g
Quare pr̃ ⁊ fili⁹ dicant̃ eẽ vnũ vel vn⁹ de⁹·ꝫ nõ
vnus·quia tres eiusdeꝫ nature recte possint
dici vnũ simpliciter eẽ ⁊ cũ adiectiõe· Res ve
ro diuse nature nõ p̃sit dici vnũ nisi dicat̃ quid
vnum·h·
Quare appropriat̃ filio equalitas·i
Quare spũscõ appropriat̃ ꝯcordia vl̃ ꝯnexio·k

DI· XXXII

Mouet p̃ncipalem questionẽ prius positã vtrũ
pater et filius spũsancto se diligãt·cum dilige-
re idem deo sit quod esse·a
Rñdet q̃stioni sed nõ rñdet obiectioni·b
Mouet aliã questionẽ p̃ori ꝯsilẽm que facit ad
eius explanatõem· Utrũ scꝫ pater sit sapiẽs
sapiẽtia genita· vel sapiẽtia quã genuit·sicut
diligit amore qui ab ip̃o ꝓcedit·c
U·fili⁹ sit sapiẽs sapia genita vl̃ igenita·d·
An filius sit sapiẽs seip̃o vel ꝑ seip̃m·e
Utrũ pater duplicem non vnã tm̃ habeat sapi-
entiam·f
Q in trinitate est dilectio que ẽ trinitas·et tñ
spũsctũs ẽ dilectio que nõ est trinitas·nec iõ
sunt due dilectiões·ita ⁊ de sapia·g·
Redit ad p̃ncipalem questionẽ obijciens ex de-
termiatiõe scðe q̃stiõis·ꝙ qua rõe pr̃ nõ dicit̃
sapiens ea sapientia quã genuit·eadeꝫ videt̃
debere dici ꝙ non sit diligens pr̃ vel filius dile
ctione qua ab vtroq̃ ꝓcedit·b
Loco solutionis insufficiẽtiã suã allegat·et hãc
questionẽ determinandã lectori relinquit·i·

DI· XXXIII

Ostendit ꝙ ꝓprietates sunt ip̃e ꝑsone ⁊ in ꝑso-
nis ꝑ naturã ipius ꝓprietatis qꝛ eterna est et
distincta·a·
Cõcludit idem ꝑ violentiã sabellij·b·
Cõcludit hoc ip̃m ꝑ naturã diuine simplicitatꝭ·c
Autoritate astruit ꝙ ꝓprietates nõ tm̃ sint ꝑso
ne sed etiã diuina essentia seu natura·d·
Ponit obiectionẽ ꝙ ꝓprietates nõ sunt ꝑsone·
et quia rationalis videtur·respondet ad veri
tatem·e·
Ponit aliã obiectõem·⁊ quia curiosa ẽ respon-
det homini non rationi·f
Resumit rõem illoꝝ ⁊ rñdet ad veitatem·g·
Subiungit eoꝝ interrogatõem quomõ scilicet
ꝓprietates possunt esse in natura·nec eam de
terminẽt·Et quia curiosa ẽ·p̃figit terminũ hu
mane inquisitioni·h·
Rñdet autoritati Aug·que sumpta ẽ ab expo-
sitioni psalmi qua opinionẽ suam scꝫ ꝙ ꝓprie-
tas patris vel filij nõ sit deus muniũt·i·
Rñdet alie autoritati Augu·que sumpta est ex
vj·de tri· qua nitit̃ ꝓbare ꝓprietates ꝑsonaꝝ
nõ eẽ dei subam·k

DI· XXXIIII

Ponit errorem quorundaꝫ dicentium ꝑsonas
nõ esse diuinã naturã q̃d autoritate hyla· con
firmare nitunt̃·a
Errorẽ p̃dictũ elidit ex sano autoritatis hyla·
intellectu quẽ elicit ex sequẽtib⁹ v̄bis eiusdẽ·b
Incidentẽ q̃stionẽ dissoluit quare scilicet nõ di-
cunt̃ tres ꝑsone vnius essentie·c·
Ondit ꝙ cõmunia appropriant̃·qꝛ licet potẽtia
sapia·bonitas·de deo ꝫm subam dicant̃ i scrip
tura·tamen solent hec nomina distincte ad ꝑ-
sonas interdũ referri·d
Reddit rõem appropriatõis·q̃re pr̃i potẽtia·fi-
lio sapia·spũsancto bonitas attribuat̃·cum sit
vna potentia·sapientia:bonitas·trium·e
De hoc nomĩe homousion q̃d dicit cõpatõeꝫ es
sentie siue nature ad ꝑsonas·vbi in auctem re
ceptum sit ⁊ quid significet·f·
Tradit generalem doctrinã de noĩbus q̃ trans
latiue ⁊ ꝑ similitudinẽ de deo dicunt̃·g·
Ponit predictorum epilogationem in qua tra-
ctatũ de sacramento trinitatis et vnitatis fi-
nit·ostendens se potius defecisse q̃ suffe-
cisse·h·

DI· XXXV

De scientia dei·que cum sit vna·quõ sortit̃ plu
ra nomina·a·
Cũ dei scientia vel p̃scientia sit eterna·quõ er-
go habet se ad tempalia vel creata·b
Responsio ꝙ p̃scientia ⁊ dispositio ⁊ predestina
tio quasi relatiue dicuntur ad futuras res vel
faciendas·c

DI· XLIII

Opinio erronea quorundaꝫ dicentium deū nil posse nisi quod facit·a·

Soluit multiplicē rōem illius opinionis·b·

Prima rō sumpta a ratiōe boni ⁊ iusti·c·

Secūda ratio sumpta a ratiōe debiti·d

Tertia rō sūpta a rōne faciēdi ⁊ dimittēdi·e

Quarta rō sūpta ex rōne p̄scientie dei·f·

Quinta rō sūpta duplici autoritate Aug·g·

Autoritatibꝰ ꝯfirmat veritatis assertōem que est in huiꝰ opinionis ꝯtrariam ꝑtem: deum scꝫ plura q̄ facere posse·h

DI· XLIIII

An deꝰ possit facere aliq̄d melius q̄ fecit·a

Utrū deus alio vel meliori modo possit res facere q̄ facit·b·

Querit vtrū deus semꝑ possit oīe qđ olim potuit·⁊ oppōnit ꝙ non possit·c

Soluēdo ꝯtrariū eiꝰ qđ dixit supra·asserit ꝙ oīa semꝑ potest que aliquā do potuit·d·

DI· XLV

De volūtate dei q̄ eēntia dei vna est ⁊ eterna·a

Soluit dubitatōem ꝙ licet sit ideꝫ deo velle qđ esse·nō tn̄ pōt dici deꝰ eē oīa que vult·b

Q̄ dei voluntas sūme bona·est oīm que naturaliter sunt causa prima cuiꝰ causa nō ē querēda·q̄ nullā habet·cum sit eterna·c·

Q̄ volūtas dei ē oīm cā generalissima·d

Uolūtas dei est multipliciter dicta·e

Ponit modū p̄ncipalē accipiēdi hoc nomē voluntas ſm quē dicit̄ volūtas bn̄placiti·f·

Ponit modos n̄ p̄ncipales ſ tropologicos ſm ꝙ volūtas accipit̄ ꝓ signo volūtatis·g

Epilogus p̄dictoꝝ ꝙ q̄nq̄ supra sūt posita que dicunt̄ ſm tropū: ⁊ ideo distinguat lector vbiq̄ ꝓ quo eoꝝ accipiat̄ volūtas·h

DI· XLVI

Obijcit ad partē falsam ꝙ voluntas dei cassari potest q̄tum ad effectus bonos·a·

Obiectionē p̄dictā soluit exponens quō intelligēdū sit illud: volui cōgregare ⁊ noluisti: b·

Obijcit ad ꝑtem falsam ꝙ voluntas dei fiat q̄tū ad effectus malos·c

Opponit ad ꝑtem falsam ꝑ ꝓbationē que innititur rationi qua conant̄ ꝓbare deū velle mala esse vel fieri·d·

Opponit ad ꝑtem falsam ꝑ ꝓbationē que innititur autoritate·e

Solutio p̄me obiectiōis innitēs rationi ꝯtra illos q̄ dicūt dī volūtate nō fieri mala vł nō eē·f·

Solutio scđe obiectiōis innitēs aucti Aug·qua dicitur mala fieri bonū est·g

Opponit ad ꝑtem verā ostendens esse bonum fieri mala· Et p̄ma rō sumpta est ab hoc ꝙ idē est fieri deo actore ⁊ deo volente·h

Secūda ratio sumpta est ab hoc ꝙ eadem ē causa qua malū fit et homo est deterior·vel aliter in deo nō est causa vt sit hō deterior·i·

Tertia rō sumpta ē ab hoc ꝙ malū facit tēdere ad nō esse: ideoq̄ deo autore nō fiunt mala·k·

Ponit obiectionē quorundā sophisticā qua ꝓbare nitunt̄ ex deo esse ꝙ mala fiant·l·

Responsio vbi cōcedit oīe verū esse a deo: et sophisma aperit.m·

Partem questionis approbat illoꝝ qui dicūt deum nō velle mala fieri·n·

DI· XLVII

Autoritate Aug·ostendit voluntateꝫ dei semꝑ esse efficacem ⁊ nunq̄ impediri·a

Ostendit dei voluntatē esse efficacē nō volūtate signi sed beneplaciti·b

Ostendit ꝙ cōtra quandā voluntatē signi bene potest fieri·c

Epilogat p̄determinata· Et quare deus precedit oībus bona facere ⁊ mala vitare: cū non velit hoc ab omnibꝰ impleri·d·

DI· XLVIII

Ōndit ꝙ ad ꝯformitatē volūtatis nr̄e ⁊ diuine nō sufficit ꝯformitas in volito·vel aliter·ꝙ aliquādo homo bona voluntate aliud vult q̄ deus·⁊ aliq̄n mala id qđ deꝰ bōa volūtate vult·a

Ōndit ꝙ ad ꝯformitatē volūtatis nr̄e et diuine nō sufficit ꝯformitas in opere oꝑato· Uel alit̄ q̄ bona dei voluntas mala hoīm volūtate implet̄: vt in passione xp̄i ꝯtigit: vbi qđdā factū ē qđ deꝰ bona: ⁊ iudei mala volūtate voluerūt· voluerūt tn̄ ⁊ aliq̄d qđ deꝰ nō voluit·b

Soluit questionē collateralem vtruꝫ sancti debeant passionem christi velle·c

Mouet questionē circa p̄dictam quomodo sentiendum sit de passiōibus sanctoꝝ an velle an nolle debeamus·d·

Ad tertium est dicendum ꝙ nullum preiu/
dicium fit episcopis vel p̄sbyteris: quia talis
iurisdictio p̄dicationis administrationis sacra
mentorum non est eis concessa in fauorem ꝓ/
prium: sed in fauorem ipsorum subditorum.
Ideo in vtilitatem eorum potest papa eis co/
adiutores dare ⁊ ab eis subtrahere ⁊ alijs im
ponere sine iniuria ipsorum.

a D quartum sic ꝓceditur. Videtur eniȝ
ꝙ papa religiosis petentibus ⁊ ꝓcu/
rantibus non debeat p̄dicationis offi
cium conferre. Ordo namq̄ p̄dicandi ⁊ docē/
di est precipue honoris ⁊ dignitatis in ecclesia
Sed scribitur ad Hebre. v. Nemo assumat si/
bi honorem sed qui vocatur a deo tanquam
Aaron ꝓcuranti ergo officium p̄dicationis est
denegandum non offerendum.

Preterea. ecclesiasticum officium ꝓcurare ē
magne ambitionis. Sic enim scribitur. viij. q
i. c. Sciendum. Cum locus superior impara/
tur ille qui ad p̄cipienda hec obedit obedientiē
sibi virtutem euacuat si ad hec ex proprio an/
helat.

Preterea. Gregorius dicit in pasto. ⁊ poni
tur. viij. q. i. c. in scripturis. Locus regiminis
sicut desiderantibus est denegandus: ita fugi
entibus est offerendus. Sed p̄dicare ad locum
regiminis pertinet. Est enim ars artium regi/
men ⁊ instructio animarum vt dicit Gregorius
ergo petenti predicationis officium papa non
debet conferre.

In contrarium ē: quia ysaias sponte se ob/
tulit ad p̄dicationis officium dicēs ysa. vi. Ec
ce ego mitto me.

R. Dicendum ꝙ p̄dicationis officium ꝓcu/
rare vel recusare potest ꝓcedere ex duplici radi
ce bona ⁊ ex duplice radici mala. Si namq̄
ꝓcuretur ex caritate ⁊ auditorum vtilitate me/
ritorium est ⁊ laudabile. Si vero recusetur ex
humilitate ꝓprium imperfectum consideran/
do similiter est laudabile. Exemplum primi.
ysa. vi. Ecce ego mitto me. Exemplum secun/
di. Iere. i. Ecce nescio loqui quia puer ego suȝ
Eodem modo ex duplici radice mala. Quia si
ꝓcuratur ex ambiciositate ⁊ turpis luc[illegible] gratia
est vituperabile. Si vero recusetur ex [illegible]tis
suauitate ⁊ corporis pigritia similiter est dam/
nabile. De primis dicit Petrus p̄ma cano
nica sua. Pascite qui est in vobis gregem dei.
non turpis lucri gratia neq̄ vt dominantes in
cleris. De secundis dicit ysa. vi. Canes sunt
non valentes ⁊ non volentes latrare. Ut dicit
alia littera.

Ad p̄mum ergo est dicendum ꝙ in predica/
tione non solum est honor sed labor. vtrumq̄
tamen potest appeti sine peccato. vt labor ap/
petatur ꝓpter ꝓximi vtilitatem ⁊ honor ꝓpter
dei laudem. vt ip̄e deus laudetur in creatura
sua.

Ad secundum est dicendum ꝙ obedientia ē
semper conseruatiua virtutum dummodo sibi
annectatur humilitas si tamen quis obedit ex
ꝓprij honoris ambiciositate non considerata
ꝓximi charitate ⁊ sacre doctrine manifestatio/
nis veritate. priuatur virtute obedientie ratio/
ne superbie que est annexa ambiciositati: que
omnes virtutes deuorat: sicut vera humilitas
omnes virtutes conseruat ⁊ ista est intētio gre
go. in illo decreto.

Ad tertium est dicendum ꝙ Greg. loquitur
ibi de loco regiminis p̄lationis non p̄dicatio/
nis. que quidem p̄latio quamuis quandoq̄
vtiliter suscipiatur: semper tamen indecent᷑ ap
petitur ⁊ ꝓcuratur.


a D quintum sic ꝓceditur. Videtur. n.
ꝙ sola auctoritate pape religiosi sine
requisitione episcoporum ⁊ p̄sbyterorum p̄di
care non possint quia episcopi maiorem aucto
ritatem habent p̄dicandi ꝙ religiosi. sed ep̄i ex
tra dyocesim suam non possunt p̄dicare sine re
quisitione episcopi illius dyocesis. ergo nec re
ligiosi possunt p̄dicare sine requisitione ep̄oꝝ
vel p̄sbyterorum.

Preterea. nullus potest predicare nisi mit/
tatur. Sed non legimus missos nisi duodeciȝ
apostolos quorum personas representant epi
scopi. ⁊. lxxij. discipulos quorum personas re/
presentant p̄sbyteri parrochiales. vt dicit glo.
Lu. x. Ergo sine requisitione istoꝝ nullus pōt
p̄dicare

Preterea. nullus habet auctoritatem edifi
care super fundamento alterius nisi auctorita
te illius cuius est fundamentum. Ita enim di
cit apostolus. Roma. xv. sic autem p̄dicaui h-
euangelium non vbi nominatus est christus:
ne super alienum fundamentum edificarem. er
go sine requisitione episcoporum ⁊ p̄sbytero
rum religiosi non debent p̄dicare.

In contrarium est quia p̄dicare est potesta
tis iurisdictionis. sed aliqui religiosi sunt exēp
ti a iurisdictione ep̄oꝝ vt supra determinatū ē
q̄ sine requisitione ip̄oꝝ p̄nt p̄dicare.

R. dō. ꝙ nō minoris auctoritat᷑ ē papa i to
ta ecc̄lia ꝙ q̄libet ep̄s in sua ꝓpria dyocesi im
mo maior cū in ꝓpria dyocesi ep̄s iurisdictio
nē nō exerceat nisi auctoritate pape. h q̄lȝ ep̄s








colorchecker CLASSIC






















x·rite

mm